

CIMELIA


0


373'


kat. komp.




Clm 373









CANONES  
PENITENTIALES VE  
nerandi patris Astexani Ordinis mi  
norū per varios casus expressi  
atq̄ in tractatulum bre  
uiter collecti.,.




Benedictum sit dulcissimum <sup>nomine</sup> Domini nri Jesu Chri  
saluatoris nostri et Beatissimā semper Virgini Maria  
Matrī eius in sternum et ultra Amen

Oratio B. Virginis  
Wargant 13

S. W. 769

CAVONER  
LIBRARY  
The University of Michigan  
Library  
Ann Arbor, Mich.  
48106-1000

Cim. O. 373



REF. 121

INCIPIVNT VR CANO-  
nes Penitentiales secundum proces-  
sum Venerandi patris Astexani Or-  
dinis Minorum per varios ca-  
sus expressi &c.

**P**RO PECCATO MORTA-  
li penitentia de rigore iuris est iniungē-  
da septennis, vt notat. c. hoc ipsum xxxiiij  
q. ij. & in c. predicandū xxij. q. i. Casus ibi  
est. Quod post penitentiā septennē peni-  
teñ. ad pristinū statū redire possunt. Et di-  
citur de rigore iuris, quia Panor. super c.  
Deus qui. Extra de peni. & remiss. dicit  
Quod nō est necesse, vt quis tantā peni-  
tentiā agat, quia hoc est ordinariū, sed po-  
test esse tanta contritio, & alie qualitates  
alleuiantes delictū, ita q̄ non sit necesse  
tam longā pœnitentiā agere, & hoc not.  
glo. c. sunt plures de pœni. distin. iij. in  
verbo mille.

**¶** Sed nunquid pro vnoquoq; mortali peccato  
septēnis pœnitentia est imponenda. Argumen-  
tum supra xxxij. q. ij. c. hoc ipsum scđm hoc ergo  
non sufficit vita hominis ad explēdā huiusmōi  
satisfactionē. Rñdeo sine dubio cuilibet morta-  
li septennis pœnitentia debetur, sed tamē quia

## C A N O N E S

arbitrarie sunt huiusmodi pœnitentię arbitra-  
bitur & arbitrabit eas iudex infra tpus cõgruũ  
pœnitendi. Argumentũ. xxvj. q. vij. ca. tempora  
penitendinis.

**C** Sciendum q̄ pœnitētia moderanda est per  
sacerdotē secundũ arbitrium discreti viri, & pō-  
dera verborũ moderāda. Nam sonat in diminu-  
ti õm. vt in c finali infra de verborũ significatiõe  
diminuit ergo pœnitentiã ordinariã scdm arbi-  
trium suũ. Sed vt dixi requirit̄ arbitriũ discre-  
ti sacerdotis non ergo hoc dimittit suę volunta-  
ti libere. hęc Panoz. ti. hoc de pœniten. & remis.  
ca. Deus qui. Item ipse sacerdos pōt ex officio  
suo dispensatiue multũ de pœnitentia remitte-  
re vt est textus notabilis Aug. de pœni. distin.  
f. in ca. quę penitet & maxime in ipsius oratio-  
nibus & bonis operibus. Un̄ sacerdotes dicunt̄  
comedere peccata populi. Prima q. j. c. Ipsi sa-  
cerdotes. Et quanto sunt sanctiores tanto faci-  
lius a deo exaudiunt̄, & ideo semp debent eligi  
sanctiores ad intercedendũ pro peccatore, licet  
em̄ omnes sacerdotes sine criminis differentia  
pariter conficiant verũ corpus Christi. q. j. c. Si  
fuerit. & c. multi de cohabitatiõe clericorũ & mu-  
lierũ ca. vestra. Tum inquantũ preces mittunt̄  
ad deum pro peccatoribus non ita exaudiuntur  
mali sicut & boni. Unde alibi Canon dicit. Si  
is qui displicet ad intercedendũ mittit irati ani-  
mus ad deteriora prouocat. iij. q. vij. Iudicet. &  
c. in grauibus, & vide textum xlix. distin. In p̄n-  
cipio & quod ibi notat hęc Panoz. loco quo s̄.

Presbyter si fornicationẽ fecerit (quãq̄

## PENITENTIALES.

secūdum canones apostolorū debeat deponi tū iuxta auctoritatem beati Siluestri si in vitio non perdurauerit) decem annos pœnitentiā agat sacco indutus humi adhereat tribus mensibus continuis a vespera vsq; ad vesperam pane & aqua vtatur, exceptis dñicis diebus & festis, quibus annis expletis potest eum Episcop⁹ ad pristinum statum reuocare. Modus aut̄ hmōi pœnitentiæ decēnis in summa Astensis magis specificat̄, hæc in c. Presbyter lxxxij. distin. Et canōn ille Ecclesiæ occidentalis sacerdotes tangit omēs, nō aut̄ orientalis quæ votum continētiae non obtulit, vt ca. aliter xxxi. dist. n.

¶ Quod aut̄ habet iste Canon omnium criminum ex veteri testamento. Habetur em̄ in Leuitico ca. viij. de hostio quoq; tabernaculi non exhibitis septem diebus vsq; ad diem quo tēpus est p̄secratiōis vestre. Septem em̄ diebus sūnt consecratiō, die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruantes custodias dñi ne moriamini, & ita cogebantur abstinere ab vxoribus & viuere caste istis diebus quo sacrificabant. Preterea ex diuino Paulo s. ad Ebimō. iij. vbi sic inq̄. Oporteret aut̄ Ep̄m sobrium pudicum esse, & paulo post Diaconos similiter pudicos.

Quatuor pene reperuntur in Iure a quarum impositiōe impedimentū inferitur or̄

## CANONES

dinibus, vt habetur de iudicijs ca. cum non ab  
 homine de maiestate et obedientia ca. ij. Et qui  
 filij sunt legitimi ca. per venerabilem. et ij. q.  
 vij. §. quia go. et v. q. vj. c. delatori. Et xxij. q.  
 ij. ca. corripiant. Prima est degradatio. Secun-  
 da verbalis depositio. Tertia suspensio ab offi-  
 cio. Quarta excoicatio. Prima pena non ledit  
 characterem, sed priuat totaliter exercitio ordi-  
 nis et habitu ipsius ordinis. Ita vt decetero nõ  
 debeat reputari vel haberi pro clerico, et ideo ex-  
 berans ipsum non incurrit excoicationem, hec  
 Bartho. Buxensis. Ita etiam dicit textus in  
 c. degradatio in fine de penis li. vj. et illa appel-  
 lat ur quandoq; depositio perpetua, vt ibide di-  
 citur. Archidiaconus ita dicit. Degradatio vel  
 sollemnis depositio est quando aliquis est priua-  
 tus officio et beneficio solēniter, scz cum insignia  
 sunt illi ablata xj. q. ij. ca. Epus presbyter. Et  
 dicit Alexandrinus in ca. accedens dist. l. q. de-  
 bet dici per Ep̄m priuamus te sacro ordine cle-  
 ricali, et omni priuilegio clericali, et te ad p̄eni-  
 tentiã deputamus et tradimus te seculari curie,  
 quia dicit iudici seculari vt eum in suum forum  
 recipiat. De verborũ significatiõẽ c. nouimus.  
 Talis tñ sic degradatus cõficit corpus Christi  
 si celebrat, sed grauissime peccat et hec est cõis  
 opinio Canonistarũ et Theologorũ. Et est talis  
 ratio, quia talis retinet characterem, et a potesta-  
 te characteris dependet potestas cõficiendi, vt no-  
 tat Innocentius de scismaticis c. j. Item patet  
 qd si papa talem restitueret nõ ordinaret eum iã  
 denuo, licet in insignia illa ablata sibi restitui  
 deberent xj. q. ij. ca. Epus, et sic patet qd ordinẽ

## PENITENTIALES.

retinet quo ad caracterē ⁊ nō est vis siue fiat in ecclesia siue extra, siue sit epus indutus pontificalibus siue nō, ⁊ cōparatur capitis diminutioni de accusationibus ca. qualiter ij. ⁊ dr actualis degradatio. Pro intelligētia istius q̄ capitis diminutio est status cōmutatio quia caput in proposito tantum valet sicut status, ⁊ est triplex. Adinima quando nec ciuitatē amisit in qua morat̄, nec libertatem sed tm̄ patit̄ circa se status cōmutationē circa familiam vt qui iuris sui incipit esse subiectus, vt si filius familias a patre emancipatus fuerit est capite diminutus. Media etiam salua libertate ciuitas amittitur, vt cum relegatur ad exiliū per quinquēniū, vel banitur. Maxima cū ciuitas amittit̄, nec libertas retinet̄, vt cum deportatur quis in insulam ⁊ seruus efficitur, aut in metallum damnatur.

Secunda pena depositio. Ista nō ledit caracterē, nec priuat habitū ordinis, quia talis debet etiā postea haberi pro clerico vt remaneat sub iurisdititōe iudicis ecclesiastici de iudicijs ca. Si clerici. ⁊ ca. cum nos ab hoīe lxxj. di. Et ideo si quis talem percutit, vel verberat incurrit excoicationē, sed bene priuat totaliter depositū exercicio ordinum ⁊ perpetuo. vt dr l. di. ca. accedens, ⁊ de clerico excoicato minori excoicatiōe ca. j. Et optimus textus de iudicijs ca. Ac si clerici archidiaconus depositus est ille qui est priuatus officio ⁊ beneficio non solennit̄, sed per sententiam depositiōis, ergo dicit̄ verbalis depositio per speculatozē id est solo verbo q̄ videlicet ob crimē aliquod sententia depositiōis in eum profertur ⁊ equiparat̄ apud legistas deportatiōi. Deportare eū est aliquē per-

## CANONES

petuo exilio damnari, id est qui ob aliquod maleficio in insulam deportat civitate amittit, id est in civitate in qua habitabat, et habetur per mortuo.

¶ Sciendū q̄ aliqui doctores dicūt, q̄ inter de gradationē solennē siue actualē, et degradatio nem non solennē siue verbalē nullā esse differē tiam quo ad effectum. Sed tu dic q̄ in maiori bus criminibus solennitas adhibet quia insignia auferunt, et vbi incorrigibilis apparet et in profundū maiorū puenit xvij. distin. ca. Nec licuit alias nō. Sed est incarcerandus, vel etiā si est spes de correctione cū deposito papa dispē sat de verboꝝ significatiōe ca. Mouimus. Item cum deposito solēniter solus papa dispēsat. Cū deposito vero nō solennit ep̄us de clerico mino ri excōicatione excōicato ca. clerici. xv. q. vij. etiā quia in solenni necessarij sunt plures Episcopi in vno ordine q̄ in alio, ergo necessaria est p̄sen tia episcopozū, et alie solennitates, vbi vero non solēnit solus Episcopus cū capitulo suo de hac materia vberiori vide Speculatoꝝ Rubrica de accusatiōe §. ij. loco. Tertia pena s. suspensionis hęc non ledit characterem nec priuat habitu cle rici, nec priuat exercitio ordinis. Sed ipm ordi nis exercitiū ad tēpus suspendit, ad hoc opti mus textus in dicto capitulo. Ac si clerici. et vi de optimū textum xxiiij. q. j. ca. Is. et ista apud legistas equiparat relegationi. Quarta pena est excōicatio tm̄ ad ordinē eundē effectū habet quē habet suspensio. Cum etiam illa limitef ad tē pus contumatiē postq̄ profertur de cōstitutioni bus ca. ex liberis. Hęc Alexandrinus, et hęc apud legistas cōparat interdico aque et ignis s̄. de penis de lege. ij. ff. Ad legē Juliam.

## PENITENTIALES.

**C**ossumus etiam ⁊ ab ipsis gentilibus acci-  
pere argumētum ⁊ exemplum vt scribit Augu.  
ad fratres in Hieremo sermone xxxviij. vbi asse-  
rit se vidisse in Ethiopia dum predicaret sacer-  
dotes gentilium vxoratos tantē tamen abstine-  
tiē erant q̄ solum eas in anno semel tangere vo-  
lebant, ⁊ alios qui in illa septimana in qua dijs  
thura offerre debebant ab omni carne se labis  
abstinēbāt. Interdicta erant forme atq; cōceptio-  
nes verborū quib⁹ p̄tor aut iubebat aliqd fieri  
aut fieri prohibebat. De istis interdictis vide in  
glo. in ca. pastoralis tibi. de causa possessiōis ⁊ p̄-  
p̄teratis Speculatozē eod̄ ti. Innocentiū in ca.  
cum ad sedē ti. de restitutiōe spoliatorū.

Si presbyter filiam cognouerit spiri-  
tualem quā scilicet baptisauit, aut con-  
firmatione vel baptisimo tenuit, aut que  
sibi confessa fuit, pœnitentiā debet age-  
re xij. annis. Et etiam si crimen sit mani-  
festū deponi debet ⁊ peregrinādo duo-  
decim annis peniteat, ⁊ postea monaste-  
rium intret, in tota vita sua ibidē moraturus.  
Episcopus vero qui talia cōmisit pe-  
niteat xv. annis. Ipsa vero cum qua deli-  
ctū perpetratū est omnia debet relinquere  
⁊ bona sua pauperibus dare, ⁊ conuer-  
sa fiat vsq; ad mortem in monasterio deo  
seruire debet xix. q. i. ca. Si quis sacerdos  
Episcopus vero ⁊c.

**C**hoc idem habet li. vj. de cognatiōe spiritua-  
li ca. veniens quod per cathecismū sit impedia-

## CANONES

mentū ad contrahendū matrimoniū, sed si contractum fuerit minime separant. Sed per baptismū ⁊ confirmatiōem fit impedimētū ⁊ ad cōtrahendū, id est non debēt contrahere, ⁊ ad dirimēdū id est, si contraxerint debēt separari ca. Quāuis plures §. De cōfirmatiōe. Et hoc idē vult Dano. r. de cognatiōe spūali ca. ex literis li. iiii. de clericaliū. Quōd hęc cognatiō spūalis solum contrahitur in sacramēto baptismatis ⁊ cōfirmationis vnde per pñiam efficit filius vñ filia spiritalis sed nō oritur cognatiō spūalis impediens ⁊ dirimens matrimonium, ⁊ quę predicta sunt de baptisate procedūt etiam de layco quā baptisaret in necessitate, quia iura loquunt̄ indistincte in distinctiōe baptismate. Nam si laycus leuans vel tenens in baptismo contrahit istam cognatiōem spiritalē. Fortius idem dicendū est in layco baptisante, ⁊ ibidē dicitur si mulier baptisaret, quia nō est differentia inter masculum ⁊ feminā quo ad istam cognatiōem spiritalē in ca. finali eodem ti. li. vi.

**¶** Obicitur primo, sed videtur q̄ hoc sacramētum pœnitentię contrahat̄ cognatiō spūalis p̄pter hoc per ca. omnes quos. q. xxx. q. j. vbi habetur omnes quos in pœnitentia suscipimus ita vt nostri sunt spūales filij, vt ⁊ ipsi quos vel nobis suscipientibus, vel sub trine mersionis vocabulo mergentibus vnda sacri baptismatis re generauit. Ad hanc obiectiōem respondet q̄ ty. ⁊ ipsi, nec notat omnimodā similitudinē nisi q̄ ad ipsum sacerdotē qui suscipit pœnitentiā. Filius enim eius bene potest ducere quam pater suscepit ad pœnitentiā non tñ quam immerfit in baptismo. Multa enim attendūt in baptismo quę

## PENITENTIALES.

non attendunt in pœnitentiã. Si em̃ te suscipio ad pœnitentiã non ideo parentes tui mihi compates sunt, ⁊ per baptismum plena fit remissio hoc est, a pœna ⁊ a culpa non aut̃ per pœnitentiã. Si ergo laycus audiat in necessitate peccata alicuius mulieris nō potest postea cum ea contrahere. Argumentū hic, si tñ cōtrahit forte tenet matrimonium. Videtur em̃ ratum hoc sacerdoti prohiberi, cum eius tñ sit officiū audire peccata confitentium.

**¶** Obicitur sc̃do. Tu dicis hic q̃ in baptisando contrahit compaternitas, sed monachi ex officio quandoq; debent baptisare, ⁊ tñ non possunt fieri compates vt xvij. q. ij. c. peruenit. Respondeo possunt esse cōpatres baptisando, ⁊ nō leuando vel tenendo. **¶** Tertium aut̃ habet La non iste ⁊ alij multi sequentes ex veteri lege vbi tales illiciti coitus sunt phibiti. Legimus em̃ in Leuitico ca. xxxj. Qui dormierit cum nouerca sua ⁊ reuelauerit ignomiã patris sui morte moriantur ambo. Sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuro vxore filij, vterq; moriantur. Qui supra vxorem filiam duxerit matrem eius scelus operatus est, vnus ardebit cum eis, nec tñ nephas permanebit in medio vestri. Turpitudinē matertere, id est, sororis matris ⁊ amite, id est, sororis patris non discooperias. Qui coierit cum vxore patru, id est fratris sui patris aut auunculi, id est fratris sue matris ⁊ reuelauerit ignominiã cognatiōis sue portabunt ambo peccatum suum absq; liberis morietur. Qui duxerit vxorem patris rem facit illicitam turpitudinē fratris sui reuelat absq; liberis suis morietur.

## CANONES

Quicumq; filiam suam spiritualē, vel matrem cognouerit, septem annis peniteat, & similiter ei consencien. ca. nō oportet. q. xxx. q. iij.

Quicumq; cōtrahit cum aliqua alijs per verba de presenti desponsata illa demissa xi. diebus in pane & in aqua ieiunet, & annis septem sequentibus peniteat hæc, capitulo accepisti extra de spō. duo.

¶ Et melius in ca. duos dudum ti. de spō. duoz & ratio canonis quia postq; inter personas legitimas consensus legitimus de presenti interueniret qui sufficit in talibus iuxta canonicas sanctiōes, sepius ca. cum alijs de facto contrahit etiam subsequēte copula carnali cū scda vel scdo etiam in facie ecclesie quod prius de iure factum fuerat non poterat irritari, quia copula carnalis non facit matrimoniū, sed consensus. ¶ Duplicita sunt sponsalia, vt habetur iij. senten. di. ij. Quedam per verba de futuro & ista dicunt proprie sponsalia, a verbo spondeo des. erat em̄ mos veteribus stipulari & spondere sibi vxores ff. de sponsalibus li. ij.

¶ Contrahunt quinq; modis. Primo per verba ad hæc apta, vt accipiam te in meā, & ego te accipiam in meū. Secdo cum minores (id est qm̄ masculus nondū habet, vel attigit xiiij. annum, & puella xij.) exprimūt cōsensum de pñti. Tertio per datōm arroy, hoc est denariozū inter spōsum & sponsam in signū matrimonijs contrahēdi. Quarto per immisiōm annuli. Quinto per iuramētū. Contrahunt aut̄ inter septēnos, & in

## PENITENTIALES.

ter minores, effectus sponsaliorū est quod inducunt publice honestatis iusticiā impediētem ⁊ dirimentē contrahendū si sunt maiores ⁊ iurauerint nisi dēterius timeat. Dissoluunt autem sponsalia de futuro multis modis. Primo p ingressum religiōis quod obtinet etiā in spon. de presenti anteq̄ matrimoniū consumat per copulam carnalē. Scdo per susceptiōm sacri ordinis. Tertio cum mutuo se absoluūt. Quarto cū alter recedit ad longinquā regionem. Quinto cum alter incurrit in lepram, vel magnā corporis deformitatē. Ista tñ nō dissoluunt matrimoniū de p̄nti. Sexto si superuenerit affinitas. Septimo si alter fornicat carnaliter. Octauo cum alter fornicat spūaliter, id est, cum alter transit in heresim. Nono cum cōtrahunt secunda spōsalia de presenti. Decimo cum minor peruēns exiūsus impubes puenerit ad etatē adultam nō vult seruare quod fecit. Undecimo cum superuenit spūalis cognatio vel legalis. Duodecimo cum quis promisit cōtrahere infra certū tēpus nec fecit per eum quo minus infra illud tēpus contraheret. ¶ Alia sunt spōsalia improprie dicta que fiunt per verba de p̄nti. Et proprie dicuntur matrimoniū ad quod requirit̄ consensus puberum cōiungendo verb̄: tñ sunt necessaria quo ad ecclesiā ⁊ hoc in loqui potentibus aliis secus. Verba aut̄ ad hoc apta sunt. Accipio te in meam ⁊c. Idem est si dico promitto quo ab hac hora in antea habeo te pro legitima ⁊ econuerso.

¶ Impedimēta matrimoniū est error personę. Errare em̄ aliud pro alio putare, vt qui contrahit cum Katerina ⁊ credit se p̄trahere cū Anna

## CANONES

et talis error dirimit matrimonium. Error cō-  
 ditiōis si liber cōtrahit cum serua quam crede-  
 bat liberam dirimit matrimoniū nisi forte post-  
 q̄ sciuit verbo vel facto consensit. Error autē for-  
 tunę vt si credo contrahere cum diuite et cōtra-  
 ho cum paupere nō dirimit matrimonium. Er-  
 roz qualitatis vt si contraho cū corrupta et cre-  
 do eam esse virginem etiam non dirimit.

¶ Votum solenne dirimit etiam matrimoniū  
 quod fit vel per susceptiōem sacri ordinis vel p̄-  
 fessionem tacitā aut expressam quod solum fit in  
 manibus prelati. Alia omnia vota sunt simpli-  
 cia que sunt impedimentū ad contrahendū sed  
 non dirimit matrimoniū, tali tū hiefracto im-  
 ponenda est p̄nitentia per confessorem.

¶ Duplex est votum solenne quod fit in mani-  
 bus ipsius prelati verbigra quando homo sus-  
 cepit ordines tunc imponit duos digitos, hic fit  
 tribus modis vel suscipiendo ordines maiores,  
 et dicit maiores ad excludendū minores vt aco-  
 litos vel suscipiendo professiōem cum iurat suis  
 senioribus, et fit dupliciter expressa et tacita, exp̄-  
 sa quando aliquis adueniente tpe iurat et profi-  
 tetur seruare castitatē, paupertatem, obedientiam  
 Tacita q̄n aliquis ultra annū vnū diem morat̄  
 et non vult suscipere regulā est professus qa iam  
 tempus consumauit. Simplex vt q̄n aliqs vel  
 aliqua existens in infirmitate et promittit serua-  
 re castitatē et alia plura huiusmodi in tali voto  
 non debet copulari. Si autē est copulatus tenet  
 matrimoniū et nō dirimitur, tñ debet penitere  
 pro voto promisso. ¶ Tercē dūx est peccatū mor-  
 tale, quia om̄e peccatum mortale aut inducit pe-  
 nam dāni et sic est originale. Quia illi pueri in-

## PENITENTIALES

fideliū sine absq̄ baptisimo morienē habebunt penam damni, quia non videbunt vultū dei. Aut inducit non solū penam damni sed etiā sensus, sic est omne peccatū mortale que sunt septē saligia obex dicitur peccatum mortale.

¶ Sponsalia de p̄ri dupliciter sunt, simpliciter vt ego te accipiam in meā ꝛc. ꝛ tale tenet. Et cum conditionibus vt cū ego dico promitto te ducere tali cōditiōe si mihi pater tuus dederit zoo. florenos pro dotalicio ꝛ tale matrimonium dirimit.

¶ Duplices sunt cōditiones alique sunt que compaciunt se cum matrimonio vt bona matrimonij vt fides q̄ nunq̄ debet cognoscere aliam. proles et sacramentū. Alique sunt cōditiones contra bona matrimonij vt cum aliquis dicit puelle. Ego te promitto ducere si dabis mihi facultatem te prostituendi vt ego habeam ex hoc victum ꝛc. Illa autē cōtrahendo matrimonij noluerit talia facere. Ipse autē voluerit dirimi nō potest quia sunt cōditiōes contra deum ꝛ bonū matrimonij. Conditiō licita si apposita fuerit in matrimonio vel alio contractu nisi seruetur non est matrimonij. Ut ego te recipiam in meam si parens tuus dederit mihi cētum florenos pro dote, non tenet matrimonium nisi conditiō fuerit adimpleta, nisi ab ea conditiōe fuerit recessum per subsequutum purum cōsensum de presenti vel carnalem copulā de cōditionibus appositis ea. de illis ꝛ ea. super eo. ꝛ ea. per tuos. Impossibilis autē vt ego te recipio in meū si ranges cœlum. Vel illicita conditiō que non est cōtra naturam matrimonij habet pro non abiecta, id est, tenet matrimonij dato q̄ non fuerit

## CANONES

impleta, vt ego te Annam Ruskowne recipio in meam si furtim feceris, si parentem interfeceris. Si aut̄ est illicita contra substantiã matrimonij, hoc modo cõtraho tecũ si prolem euites, vel donec inueniam aliam digniorẽ honore vel facultatibus, vel si pro questu te adulterandam tradas. In talibus casibus caret effectũ quantũcũq; matrimonialis cõtractus sit fauorabil̄ ti. de cõditõibus appõsitis ca. si cõditões. **¶** Qui aut̄ v̄z̄t q̄ sunt illicite vel impossibiles nõ tñ contra naturam matrimonij habentur codẽ ti. ca. j. finali.

Cognoscens duas cõmatres vel fratris vxorem aut duas sorores, aut matrem & filiam ad minus octo annis peniteat licet plus deberet ca. Si pater xxx. q. iiii. Ipsa aut̄ pœnitentiã agat secundum formam supra traditam.

**¶** Hic Archidiaconus dicit, q̄ differentia est inter affinitatẽ & cognatiõem spũalem quia licet per ipsam coitũ fornicariũ affinitas acquiratur nõ tñ cognatio spiritualis, nec mirũ quia affinitas est vinculũ corporale vñ & per illicita opa carnis acquiri potest sed cõpaternitas est vinculum spũale vnde per fornicariũ & illicitũ coitum acquiri non potest, & ergo omnia ista debẽt intelligi de coitu cõingali nõ fornicario qui nõ est causa acquirende cõpaternitatis fornicarioz per hoc q̄ fornicarioz leuat aliquẽ de sacro fõre sunt concubitus cõingalis, est causa acquirende cõpaternitatis mariti cum vxore eius post matrimonij consumatum aliquem baptisauit vel in baptismo leuauit vñ tenuit in confirmatione

Qui cogno.

## PENITENTIALES.

Qui cognouerit monialē, decem annis peniteat. Et similiter ipsa secūdū formam supra dictam. xxvij. q. i. de filia. Et ca. deuotam. In quorū primo c. dicitur q̄ si filia episcopi vel præsbyteri vel dyaconi post votum solenne contraxerit matrimoniu ad sacrā cōmunionē non admittatur, nisi marito defuncto pœnitentiā egerit. Si aut̄ eo uiuente decesserit & pœnitentiā egerit & cōmunionem petierit tm̄ in fine vitæ eam recipiat. In secūdo c. dicitur, q̄ deuota peccans non est recipienda in ecclesia nisi peccare desierit, & desinens pœnitentiā egerit x. annis postea ad cōmunionē recipiatur, & anteq̄ in ecclesia admittatur ad orationem ad nullius christiane mulieris cōuiuū accedat.

¶ Quia tale votum est impedimētum ad contrahendū tm̄ sed non ad dirimendum, quia est sacrilegium admodū adulterij inquantū est sponsa Christi. Non em̄ votum solenne dicit̄ nisi quod habeat in se aliquod annexū vt in publicum debeat venire ⁊ per quod uouens ponit̄ in alterius hominis potestate Et tale est votum in sacri ordinis susceptione per quem suscipiens cōstituit̄ minister ecclesie ad seruiendum deo publice Et punitur alit̄ quam ante sub Episcopi potestate Unde tale votum esset solenne etiam si predictū ordinem ab episcopo susciperet in secreto. Item professio in religione etiam si secreto modo fieret

## CANONES

quia habet aliquod annexum in se quo debet in publicum venire. Quia talem oportet singularē vitam dimittere & in clauſtro cum alijs ſui ordinis conuerſari. Et ad hoc poteſt per prelatū cogi & dirimit matrimonium iam contractum. Vel dicit ſolenne cui ſolennitas expreſſa in iure adhibetur, ſed publicū. Non ſolenne eſt illud quod fit coram multis & non habet iſtas duas conditiones cōnexas ſub voto ſimplici ſecundū quod iura loquūt de eo intelligo cōprehendi votum ſecretū & votū publicum non ſolenne. ¶ Racio aut̄ quare votum ſolenne & non ſimplex dirimit matrimonium cōtractum. Eſt ſecundū ſcotū quicquid dicunt alij quia eccleſia illegitimauit vouentē ſolenniter non aut̄ vouentē ſimpliciter. Et hoc rationabiliter ſecundū ſcotum quia ille ſcilicet ſolenniter ſe poſuit in poteſtatem eccleſie quantum ad continendum. Ille vero non in ſimplici voto, quia ergo ſe poſuit in manu dei. Eccleſia conſulit ſibi q̄ non cōtrahat nec contra votū veniat q̄ ſi cōtraueniat relinquit cū iudicio dei. Non enim eccleſia omnia mala punit, nec etiā prohibendo ſemper penas iniungit, eo q̄ forte maius malum ſequeretur ex illegitimatione talium q̄ ſequatur ex cōtrario.

Quicumq; ignoranter cognoscit duas ſoro-  
res vel matrem vel filiam vel amitam &  
neptē, peniteat ſeptem annis, ſi aut̄ ſcien-  
ter perpetuo priuetur cōiugio vt xxxiiij.  
q. ij. ca. ſi quis cū duabus & ca. ſequēti.

Qui ducit in vxorē eam quā per adulteri-  
um prius poluit v. annis penitentiā agat  
xxxj. q. i. nec obſtat matrimonium dau-

## PENITENCIALES

dis cū berſabee propter certas cauſas  
 Ratio quia in veteri teſtamēto multa permitte-  
 bantur propter infirmitatē que euangelij per-  
 fectione eliminata ſūt id eſt abieca, ſicut permitte-  
 rebatur quibus licuit dare libellum repudij ne  
 per odiū funderetur ſanguis innoxius quod po-  
 ſtea in euangelio dominus prohibuit. **M**atth  
 xix. dicens vxorem a viro non eſſe dimittendā  
 niſi cauſa fornicationis, quedam permittebātur  
 cauſa infirmitatis ⁊ ſacramenti futurorū ſicut  
 dominus permisit filijs Iſrael offerre animalia  
 ſibi in ſacrificium que in Egipto conſueuerant  
 immolare demonib⁹ mallens ſibi eas offerri q̄  
 idolis ⁊ vt eſſent illis ſacramenta futurorum, ſic  
 etiā Berſabee pmiſſa eſt duci in vxorē non ma-  
 gis cauſa infirmitatis ſue q̄ ſignificatione futu-  
 rorum quia Chriſtus ſignificat q̄ dauid berſa-  
 bee ſignificat eccleſiam, Trias demonē, ſicut er-  
 go dauid interficiendo vriam duxit Berſabea  
 Sic Chriſtus interficiendo demonē, id eſt, au-  
 ferendo ſibi poteſtatem per ſuam paſſionem cepit  
 Eccleſiam in ſponſā ſuam id eſt, animas fidelitū  
 que prius erant in poteſtate demonis hoc ca. ſi  
 qua fuerit vidua xxxj q. ſ. ¶ Item inter fratres  
 legitimos ſiue naturales ⁊ adoptiuos impedit  
 matrimonium q̄ diu durat adoptio vt dicitur  
 ti. de cognatiōe legali ca. vnico. ff. de ritu. nuptia-  
 rum. l. per adoptionem, ſed inter aſcendē ⁊ de-  
 ſcendē. id eſt, inter adoptantē ⁊ adoptatum ſem-  
 per impeditur matrimoniū. ff. de ritu nuptiarū  
 l. adoptiuus licet ſeruat adoptio. ff. eodem ti. l.  
 quineriā Item filius adoptatus poteſt copulari  
 filie adoptantis cum adoptatus non tranſeat in  
 poteſtatē adoptantis. Inſti. de adoptionibus

## CANONES

§. ij. sic omnis potest dici filius illegittimus potest  
 copulari filie adoptiue quia illegittimus filius  
 non est in potestate patris Insti. de nup. §. vltio  
 Illegittimus vero non potest copulari filie spirituali  
 Item nunquid filij adoptiui possunt contrahere  
 inter se dici potest quod sic quia non inueniuntur probi-  
 bitum quo contrario sensu videtur concessum  
 Quia aliquis potest habere in uxores duas com-  
 matres que contraxerunt inter se antequam ego  
 duxi primam verbigratia. Est mulier Anna que  
 leuat puerum ka. de sacro fonte antequam ego  
 duxi annam post hoc ego duco Annam ego non  
 fio compater ka. Adortua mihi anna uxore pos-  
 sum ducere ka. que erat comater barbare prime  
 uxori mee antequam cum ea confirmari matrimonium  
 et sic patet quod aliquis potest habere duas com-  
 matres in uxorem.

Qui contra naturam peccauerit, si cleri-  
 cus fuerit, deponi debet aut religioni tra-  
 di ubi corrigibilis appareat ad perpetuam  
 poenitentiam agendam, Si vero laycus sit  
 a cetu fidelium usque condignam satisfacti-  
 onem debet fieri alienus c. clerici extra  
 de excess. prela. hoc enim viciu maius est  
 quam matrem cognoscere xxx ij. q. vij. c. adul-  
 terij. Vnde beatus Aug. Adulterij inquit  
 malum fornicationem vincit, vincitur autem ab  
 incestu, peius enim est cum matre quam cum  
 aliena uxore concubere, sed omnium horum  
 pessimum est quod contra naturam fit, ut  
 si vir membro mulieris non ad hoc concessit.

## PENITENTIALES

so voluerit vti, quocunq; eĩ modo tale  
 peccatũ exerceatur preterq; inter foemi-  
 nam & virum ordinate in vase debito, vi-  
 cium contra naturam & sodomiticum iu-  
 dicatur vt Raymundus inquit, hoc itaq; peccatum alio nomine, peccatũ clamans  
 in celũ appellatur, Clamor aut̃ ille crimi-  
 nis illi⁹ vindictã a deo postulare significat  
**C** Contra naturã peccare, potest multipliciter  
 contingere, Uno modo si in se solutio peccetur  
 & sic dicitur immũdicia vel mollicies. Alio mō  
 per coitum ad rem alterius speciei, & sic dicitur  
 bestialis. Tertio ad rem eiusdem speciei indebiti  
 sexus, & sic dicitur sodomia. Quarto si non ser-  
 uatur naturalis modus coeundi vel quantũ ad  
 instrumentum non debitum vel viri vel foemi-  
 ne vel quantũ ad menstruofos concubendi mo-  
 dos, peccat aut̃ homo hec faciendo magis cum  
 vxore q̃ cum meretrice, quia magis tenetur ca-  
 uere malum vxoris q̃ alterius mulieris, & est  
 maximum inter species luxurię & inter vicia cõ-  
 trã naturam, infimum est peccatum immũdicię  
 vel molliciei, grauissimum aut̃ bestialitas, post  
 hoc sodomia, deinde peccatũ in quo non seruat̃  
 concubendi & seruandi debitus modus, magis  
 aut̃ si non sit vas debitũ q̃ si sit inordinatio se-  
 cundum aliqua alia pertinentia ad cõcubitus  
 modum, punitum aut̃ fuit hoc peccatum ante le-  
 gem incendio Gene. xix. & in lege veteri gladio  
 bello, Iudicum xix. Ergo multo magis modo tẽ-  
 pore gratię in quo assumpra est humana natura  
 a filio dei, immo etiam omni genere tormentoz

## C A N O N E S

exterminandum a seculari potestate que non sine causa gladium portat ad Ro. xij. Ab ecclesiastica vero potestate omni genere coercionis et abiectionis ab ecclesia velud putridissimi sunt tales a corpore abscedendi. Unde tales non tantum faciunt sed etiam qui suadent sodomiam secundum leges capite puniuntur, Sacri vero canones silentio transeunt in detestationem tanti criminis et flagitij quod non debet nominari, debet tantum Iudex ecclesiasticus ipsum poena gratiori quam seculera punire.

Si quis cum brutis coierit, plus quam septem annis peniteat, similiter pro incestu, ut notat c. hoc ipsum xxx iij. q. ij. §. seq. hoc autem ubi dicitur quod si relicto naturali usu contra naturam modo sodomitico fornicatur vel usque ad coitum brutorum animalium prolabimur premissum spacium poenitentiae transcendere cogimur.

Præbiter qui clandestinis nuptiis interest triennio suspendatur, si vero culpa postulat lauerit grauius puniatur. extra de clandestin. ca. cum inhibito.

Clandestinum coniugium idest occultum, est de spectata personarum presentia vel iuris solemnitate vel denunciatione non premissa sine sacerdotis benedictione, quasi dicat, tribus modis fit, vno modo quando non habentur testes, ubi de hoc c. quod nobis xi. de clandestina desponsatione, secundo modo quum non fit cum solemnitate xxx q. v. ca. aliter. tertio modo non premissa denunciatione c. cum inhibito xi. quo supra, unde mandat pa-

## PENITENTIALES.

pa in prædicta decretali prohibēdo coniugia clādestina sine ocula statuens generaliter vt cum matrimonia fuerint contrabenda in ecclesia publice proponantur per presbyteros termino competentis staturo vt infra illum terminum qui voluerit et valuerit legitimū impedimentum opponat, et ipsi presbyteri per se nihilominus inuestigent vtrum aliquod impedimētum obsistat Si autē aliquod rationabiliter obiectum fuerit contra copulam contrabendam id est contractus interdicanť expresse donec impedimētū probeť Si quis autē huiusmodi matrimonia clādestina vniuersaliter prohibita inire presūperint in gradu prohibito etiam ignoranter soboles de tali cōiunctione suscepta illegittima sit nulla habitura subsidium de paterna ignorātia cum ipsi taliter contrabendo potius affectant ignorātiā q̄ scientiam impedimēti, et eodem mō filij illegittimi sunt si ambo parentes sciant impedimētum et cōtrabant preter omne interdictum, et illis qui cōtrabant contra huiusmodi formā etiam in gradu concesso pœnitentia imponatur condigna.

Sed quid si vnus scit et alter nescit, dicit Bernardus. et lau. q̄ quantum ad scientem sunt illegittimi, quantum ad ignorantem legitimi. Argumentū codice de incestuosis nuptijs lege qui cōtra, q̄ nō credo immo legitimi sunt ca. ex tenore ti. qui filij sunt legitimi Admonstrum em̄ esset si aliquis partim esset legitimus et partim illegittimus, q̄ aliquis esset partim seruus et partim liber quod esse non potest. ff. de statu liberorum hominum l. si duobus, et hoc innuitur cum dicatur ambo parentes in c. Cum inhibitio de clādestina desponsatione. In quo quidem ca. ex res

## CANONES

noze habetur talis casus B. duxit E. maritum qui habuit prius alteram vxorem legitimam qd ipsa ignorauit post mortem mariti Richardi p. dicta Bar. vidua pecijt sibi et pupilo suo ex eod marito genito restitui hereditate patris sui Richardi, pars aduersa nitebatur eius petitione excludere dicens, q supra nominatus pupillus ex adulterio esset genitus &c. Respondit papa intelligens q pater predicti pupilli matrem ipsius in facie ignaram q ipse aliam matrimonialiter sibi copulasset duxerit in vxorem et cum ipsa coniunxi ipsius legitima putaretur dictu pupillu suscepit ex eodem in fauorem prolis porius declinamus memoratu pupillum legitimu reputari, hinc est quod dicit abbas in ca. cum inibitio de clandestina desponsatione q filij nati ex matrimonio contracto in conspectu ecclesie data ignorantia impedimenti ab ipsis contrahentibus sunt legitimi, et hoc ppter bonam fidem contrahentium, secus vbi contrahentes scirent impedimentum vel vbi contraherent clandestine, idem locum habent in sponsalibus de futuro ex mente littere secundum doct. nam sponsalia in multis casibus transeunt in matrimoniu ipso pacto vt in ca. Is qui ti. despon. Ideo ne occurrat difficultas contra prohibitionem ecclesie, debet etiam in sponsalibus adhiberi, hec solennitas facit ad hoc lege, oratio ff. de spon. Quero quid in laicis presentibus presentiam in matrimonijs clandestinis dicunt doct. q ex verbis littere non comprehenduntur, sed ex mente. Est ergo eis imponenda poenitentia sicut et clericis, peccant ergo tam ipsi contrahentes clandestine q interessens siue sint clerici siue religiosi siue layci, Queritur, vt

## PENITENTIALES

rum hæc edicta debeant proponi in multis ecclesijs  
 Et videtur primo quod sic quia littera loquitur in  
 plurali ibi in ecclesijs, sed conclusio videtur hæc  
 si volens contrahere vel volens et eorum antiqui  
 contraxerunt moram in certa parochia tunc factum  
 est in illa ecclesia edicta proponi, si vero in diuer-  
 sis parochijs traxerunt moram, tunc in diuer-  
 sis debent proponi, vel in locis publicis, puta  
 in predicationibus, ubi verisimiliter possunt p-  
 venire in noticia eorum qui sunt de impedimē-  
 tis informati, Qui autem possunt contrahere sine  
 huiusmodi edictis predictis, respondet glo. in ca. cō-  
 inhibitione de clandestina desponsatione quod solum  
 hoc conceditur regibus et principibus qui ex lon-  
 ginquis partibus uxores accipiunt, tamen in cau-  
 telam debet huiusmodi edicta proponi in ecclesia  
 ante copulam, quam eis dat sacerdos,

Qui votum simplex violauerit, tribus pe-  
 nitentat annis, ut in c. si vir xx ij distin. ubi  
 dicitur quod si vir votum simplex virginita-  
 tis habens uxori adiungitur, uxorem po-  
 stea non dimittat, sed tribus annis puniatur  
 Sacerdos qui excommunicatus celebraue-  
 rit, debet triennio penitere, & secunda gra-  
 ta & sexta feriis a vino & carnibus absti-  
 nere xi. q. in c. de illis, penam vero de gra-  
 dati & adhuc celebrantis notat c. accedens  
 l. distinct.

Et ultra lugenda nequaquam committere, et per hanc  
 penitentiam ad communionem solum admittit sed  
 non restituitur ad dignitatem, quia aliud est re-

## CANONES

Statutum ad dignitatem ⁊ p̄ ea recipienda satis-  
 facere quod in contrario negatur, ⁊ aliud est ad  
 p̄c̄nitentiam ⁊ cōmunionem quod hic admittit  
 secūdo Lauren. hęc Archidi. q̄ ex cōmunicatus  
 maiori excommunicatione que infer̄ ab homine  
 celebretur, est irregularis. Idem in suspēso vel  
 interdico immo in c. si celebrat de clerico excō-  
 municato interdico vel suspēso vel deposito mi-  
 nistrante, dico maiore ex cōmunicacione, quia si  
 est excōmunicat⁹ in minori ex cōmunicatiōe que  
 infer̄tur a iure, ⁊ est t̄m a participatiōe sacramē-  
 torum, nō sit irregularis celebrando, sed peccat  
 grauit̄, ⁊ est ratio differentie quia excōmuni-  
 catio maior includit suspensionem ordinū, attē-  
 rat officia interdicta. Sed excōmunicatio minor  
 non inducit suspensionē ordinum vel officij, sed  
 tamen priuat participationem sacramētorū, p̄-  
 na vero degradati idest solenniter vel non solen-  
 niter per sententiam, ⁊ adhuc celebrantis notat  
 vbi habetur q̄ talis debet perpetua priuari cō-  
 munionem corporis ⁊ sanguinis domini nostri Je-  
 su Christi nisi in mortis articulo si desiderauerit,  
 si autē sp̄s vel prelatus eius animaduertes  
 correctionem vel emendatiōm post peractam  
 p̄c̄nitentiam potest eum admitt̄re ad cōmuni-  
 onem laycorū tantum, ⁊ hoc debet intelligi de  
 omnibus officijs que concernunt ipsum sacerdo-  
 tem ratione ordinis, vt est matutinum vespere  
 ⁊ similia, ⁊ hoc habetur luculenter c. si quis E-  
 piscopus xj. q. iij.

Homicida volūtarius sine spe restitutiōis  
 deponatur ⁊ septem annis p̄c̄niteat, vt l.  
 distin. c. miror vbi dicitur q̄ post patratū

## PENITENTIALES.

homicidium sacerdotale officium ministrari non potest, sed debet sacerdos talis lacrimarum fonte tam immane flagitium diluere ut talibus saltem remedijs curatus salutis possit iuuenire remedium. & ca. si quis extra de homicidio volun. & ca.

Homicidium voluntarium est illud quod fit ex intentione utpote si quis per industriam occiderit proximum suum, et per insidias ab altari meo cuctiles eum ut moriatur. Si autem committitur voluntarie et iuste, ut cum iudex malefactorem iuste condemnat ad mortem vel ministri, id est, officiales siue executor sententiae iudicis a iudice iustus iuste condemnatum occidit, neuter tamen peccat dummodo non ex odio personae nec ex delectatione sciendi sanguinem nec amore spoliarum nec pro precio sed pro sola iusticia et obedientia cum cordis dolore et compassione hoc faciat ut dicit ad Ro. xij. dei enim minister est iudex in eo qui male agit, pro isto ergo homicidio scilicet iuste facto iusta et recta intentione nulla imponitur penitentia ex ipso tamen homo irregularis efficitur. ¶ Unde irregularis, Est quicumque in causa sanguinis fuerit iudex: assessor: procurator: advocatus actoris, vel etiam rei secundum quosdam doct. officialis: testis: notarius: sententiam proferens vel scribens legens vel dictans attestaciones examinationes litteras pro vindicta sanguinis destinandas, vide de hoc c. sententiam sanguinis tamen, nec clerici vel monachi se negotijs secularibus immisceant, et c. clericis de excessibus prelatorum nec licet etiam interficere paganus vel infidelē

## CANONES

vel tartarum, quia talis etiam fit irregularis vt  
 habetur l. distin. c. clericum qui paganum occi-  
 derit non oportet ad gradum maiorem prouehi  
 qui carere etiā debet acquisito, homicida enim  
 est, nam cum discreti sunt milites seculi, a mili-  
 tibus ecclesie, non conuenit militib⁹ ecclesie mi-  
 litare seculo per quod ad effusionem sanguinis  
 necesse sit peruenire, ratio aut quare talis homi-  
 cidā non potest esse sacerdos secundum Alexan-  
 drum de ales, in tertio sunt hę rationes quia mi-  
 nistri nouę legis debent esse ministri mansuetu-  
 dinis ⁊ amoris ad alliciendum homines ad bo-  
 num. Unde eis dicitur Math. v. non resistere  
 malo. Et ibidem diligit inimicos vestros, be-  
 nefacite his qui oderunt vos, ⁊ intelligitur fact-  
 endum a ministris nouę legis non solum in vo-  
 luntate animi sed etiam in offensione signi. Eti-  
 am secūdu eū Alex. sunt ministri sacramēti vni-  
 onis. Sacramētū em̄ altaris representat vni-  
 onem Christi ⁊ Ecclesie quam signat vniō anime  
 ad corpus, sicut em̄ anima corpus viuificat, ita  
 ⁊ Christus viuificat Ecclesiam. Unde qui soluit  
 vniōnem corporis ⁊ anime sacramenti vniōnem  
 illius in se non potest demonstrare ⁊ ideo irregu-  
 laris est. Ad cuius sacramenti ministerium exe-  
 quendum quādamodum bigam⁹ qui carnem  
 suam diuisit cum pluribus vxoribus, ⁊ sicut di-  
 cit canon xv. q. j. §. Quedam sunt que ⁊ si non  
 imputentur ad pœnam tūm impediunt sacramē-  
 ti signaculū. Quid de Epō vel alio prelato qui  
 habet iurisdictionem temporalem in aliqua villa  
 vel castro, nunquid intrmittere se potest ad fa-  
 ciendā iusticiam aliquo modo, respondo q̄ de

## PENITENTIALES.

Det ibi constituere iudicem personam secularem  
 qui causas audiat ⁊ precipue causas sanguinis  
 cui potest ⁊ debet precipere ⁊ firmiter teneat ius-  
 sticiam. Et si iudex ille querat ab eo quid agi de-  
 beat de aliquo deprehenso in crimine ꝑ quo de-  
 beat de iure infligi pœna sanguinis, potest res-  
 pondere hoc non pertinet ad me, quere iurispe-  
 ritos. Quinimo potest etiam ei iniungere vt sup̄  
 hoc veritatem inquirens iusticię debitum exeq̄-  
 tur, nec fit ex illo irregularis, licet puniat eum  
 pœna sanguinis, quia licet clericis nõ liceat cau-  
 sas sanguinis agitare, licet tamen eis qui iuris-  
 dictionem obtinent temporalem, quam debent ⁊  
 possunt sine metu irregularitatis alijs delegare  
 ⁊ si appelletur ad eos iterũ alijs delegent li. vj.  
 ti. ne clerici vel monachi c. Ep̄us. Cauet tamẽ  
 prelatus ne ꝑpter suam responsionem directam  
 vel indirectam, iudex intelligat q̄ eum pœna sã  
 guinis punire debeat, extra de excessibus prela-  
 torum c. litteras, sed nunquid quis fit irregula-  
 ris ex hoc q̄ est presens vbi exercet vindicta san-  
 guinis, respondeo, prelatus habens iurisditiõm  
 non debet interesse causę sanguinis neq̄ execu-  
 tionis sentencię sanguinis, quia cito possit incide-  
 re causam depositiõis, quia videtur interesse tã-  
 quam auctoritatem prestans, vrbabetur in di-  
 cto ti. c. litteras de excessu. Alias aut̄ vbi prela-  
 tus ex sola curiositate interfuerit, nec consiliũ  
 tale nec auxiliũ nec fauorem aliquomõ ad hoc  
 dederit, ex hoc non fiet irregularis, tamen gra-  
 uiter peccat prelatis vel clericis quibuscunq̄ q̄  
 de laycis suis malefactoribus querelam penes  
 secularem iudicem deponentes, petiuit emendã

## CANONES

sibi fieri et prouideri ne contra eos talia de cetero presumant protestando expresse quod ad vindictam siue poenam sanguinis non intendunt, utputari non debet quous alias in tali casu de iure debeat poena sanguinis irrogari si iudex mortem illis inferat iusticia exigente, alioquin si prelati vel clerici propter metum huiusmodi quia iudex ad poenam sanguinis posset procedere de suis malefactoribus taliter conqueri non auderent, daretur plerisque materia trucidandi eosdem et ipsorum bona libere depredandi, hec decretalis est penultima li. vi. de homicidio.

Homicida casualis peniteat quinque annis & hoc secundum Raymundum si culpa casum processerit aliter non, ut habetur in c. eos vero li. distin.

De homicidio quod committitur a casu et poena eius, ut cum quis arborem incidit, et arbor cadens aliquem opprimit et similia. Sed hoc est distinguendum secundum Bern. tit. de homicidio voluntario vel casuali c. sicut, et etiam secundum alios magistros, quia aut datur opera rei licite et debita diligentia adhibetur, puta cum quis campanam pulsat, campana cadet et aliquem interficit ipse aut casum non preuidit, et quod cito casum senserit clamat caue caue, hoc exemplum ponitur de homicidio casuali et voluntario c. Joannes, secundum hoc intellige illud eodem tit. c. dilectus et plura alia habentur eodem tit. c. lato. cap. ex literis c. quedam significasti et distin. l. hi qui sepe conuenit ca. si duo, et tunc in nullo imputatur, unde nec peccatum ibi committitur nec irregularitas

## PENITENTIALES.

ritas in ordinibus susceptis vel suscipiendis cō-  
 trahitur, vt patet in iuribus predictis. Aut ope-  
 ra rei licite datur, sed diligentia debita non ad-  
 hibetur, vt cum quis arbozem suam incidit, ⁊  
 quando est prope casum non circumspicit nec cla-  
 mat tempestiue ⁊ alte caue caue, ⁊ tūc si aliquis  
 ex casu arboris occiditur illi imputatur, aut ope-  
 ra rei illicite datur, vt cum quis arbozem alte,  
 rius incidit ⁊ cadens arbor aliquē occidit, ⁊  
 tunc etiam illi imputatur, ⁊ hoc siue diligentia  
 debita adhibeatur siue non, ⁊ istis casibus irre-  
 gularitas in suscipiendis ⁊ susceptis ordinibus  
 contrahitur nisi per papam dispensetur, vt ha-  
 betur ti. predicto c. sicut ⁊ c. continebatur, ⁊ di-  
 stin. l. c. clerico ⁊ c. si quis arbozes, ⁊ in pluri-  
 bus alijs capitulis eiusdē distin. ⁊ ti. predicto.

Si quis homicidium fecerit propter nece-  
 ssitatem euitabilem, pœniteat duobus ā-  
 nis c. de his clericis l. distin. Que si ineui-  
 tabilis esset, in nullo sibi imputaretur, vt  
 in c. clerico eadem distin. ⁊ in c. Ioannes  
 extra de homicidio volun. ⁊ cas. ⁊ c. q-  
 dam eo ti. Et hoc est verū quo ad culpam  
 sed bonum esset q̄ pœniteret ad cautelā  
 ⁊ ad innocentiam suam Ecclesiæ osten-  
 dendam, extra eodem c. interfecisti. Sed  
 si quis per insaniam homicidium cōmitit  
 non imputatur ei c. illa cauenda xv. q. i.  
 ⁊ in clementina vnica de homici. volun.  
 ⁊ casu. etiam qui in intuitu discipline li-

## CANONES

cet incaute percutiendo occidit, deponit,  
vt in ca. presbyterum extra de homi. vo-  
lun. & cas. aliter tñ habetur c. si quis non  
iratus xv. q. j.

De homicidio quod committitur de necessitate &  
de pœna eius, & sub hoc membro dicit Ber. ti.  
de homicidio volun. vel cas. c. sicut dignum cō-  
tineri homicidium quod committitur deensione  
& secundum eundē Bern. Ibidem & alios magi-  
stros cōmuniter distinguitur, quia aut necessi-  
tas illa fuit euitabilis aut non, si sic quia paruit  
sine occisione euadere reus est homicidij, & tanq̄  
homicida pœnitentiam agere debet nec ad ma-  
iores ordines ascendet, nec etiam in susceptis tol-  
leratur nisi ex magna dispensatione scđm aliq̄s  
scilicet Raymūdum & Bern. scđm aliquos ve-  
ro scilicet scđm Gortfredū post peractam pœnitē-  
tiam de iure, qm̄ potest officium ordinis exequi-  
iam suscepti, sed ad superiores non ascendet sine  
magna dispensatione, sic intelligit diuersimodis  
de illud vt distin. li. ca. de his clericis ca. j. & ij.  
Et scđm Raymundū necessitas euitabilis intel-  
ligitur, non tantū in eo qui tempore occisiōis ho-  
micidium vitare potuit, sed etiam de eo qui cul-  
pa sua ad talē necessitatē deuenit, vel scđm Ro-  
doricum qui potuit precauere ne in talem neces-  
sitatē incideret, vt cum quis videns exercitū  
uentem ad obsidēdū castrum, cum fugare po-  
sset, inclusit se inter castrū in nullo pertinens ad  
eum, & postea necessitas est secuta, secus est secū-  
dū Rodoricum si domicilium vel res suas ibi ha-  
bet quas seruare volebat. Si autē necessitas fue-

## PENITENTIALES

rit ineuitabilis ⁊ occidit hominem sine odij pre-  
 meditatione, immo cum animi dolore vt se ⁊ sua  
 liberaret cum aliter non possit, nec peccat nec pe-  
 nitere tenetur nisi ad cautelam propter dubieta-  
 ris siue duplicitaris ambiguum, quia potest time-  
 re quod in aliquo excesserit, vel ne ex indigna-  
 tione vel iracundia aut libidine vindicte ⁊ non  
 ex necessitate se defendendi motus fuerit, vt dicit  
 ex iij q. v. c. excommunicator. Ita tñ corde semp  
 debet dolere ⁊ quasi suis peccatj ascribere q̄ tā-  
 tam necessitatem inciderit vt sine homicidio nō  
 poterit liberari, quia vt dicit Gregor. Bonarū  
 mentium est sibi culpam agnoscere vbi culpa nō  
 est quia sepe sine culpa agitur quod venit ex cul-  
 pa. Unde etiam cum esurimus sine culpa come-  
 dimus quibus ex culpa primi hominis factum  
 est vt esuriamus, vt dicit eodem ti. vt supra c. in-  
 terfecisti ⁊ distin. v. in fine c. ad eius

Qui aut latronem occultū occidit quē vi-  
 uum comprehendere potuit lx. diebus  
 non intret ecclesiam, ⁊ alias penitere de-  
 bet, vt extra de homi. volun. ⁊ cas. inter-  
 fecisti, Qui vero paganum occiderit vel  
 iudeum, xl. diebus peniteat l. distinct. §.  
 qui vero odij

Ergo a contrario sensu si sine occisione compre-  
 hendi non poterat, non est homicida, ⁊ hoc si si-  
 ne odij meditatione, te tuq; liberādo, huiusmodi  
 vjaboli mēbra interfecisti. Circa quę verba dicit  
 dñs abbas Hanoz. q̄ cum quis excusatur ab oc-  
 cisione furis etiam nocturno tempore quando fe-  
 cit vt liberet se ⁊ sua, ergo p̄ rebus istis liberandj

## CANONES

non licet occidere furem etiam nocturnum, nam  
 ista hic ponuntur copulatiue, non sufficit ergo altera  
 pars, legistę vero et Bartholdus in li. l. unde  
 hi dicunt communiter quod etiam si bona mea aliter  
 conseruari non possunt, licitum est occidere furem  
 sed saluando opinionem illorum legistarum, pos-  
 sumus dicere quod in foro seculari contempuoso pe-  
 cedit illa opinio legistarum, sed propter hoc non eu-  
 tatur peccatum, unde in foro penitentiali debet  
 imponi penitentia, ut probatur optime hic, sic  
 etiam secundum leges: pater potest occidere filiam ad-  
 ulteram, et etiam maritus certo casu scilicet in do-  
 mo sua non noceri, ut lege quod agit et ti. nec in ca-  
 ss. de adulteris tamen in foro penitentię vel ani-  
 me, et quo ad deum peccant, immo imponitur eis  
 grauis penitentia ut in ca. admonere xxxij q.  
 ij. dicitur quod propter concessiōem iuris civilis non ex-  
 cusatur quis a peccato homicidij, quod intelligitur  
 nisi concessio sit rationalis et diuino iuri conso-  
 nans. Et propter hoc in ca. suscepimus de homi-  
 cidio volun. vel casu. dicitur quod potius debet quod  
 relinquere tunicam et pallium, et sustinere iactu-  
 ram rerum, quam aliquem interficere. hoc idem etiam  
 habetur c. si perfodiens, ubi sic habetur. Intel-  
 ligitur ergo non pertinere ad homicidium si fur  
 nocturnus interficiatur, si autem diurnus ad homi-  
 cidium pertinere quia poterat discernere quod ad  
 furandum non occidendus fuisset, ideo non debet oc-  
 cidi, Que decretalis quis Jo. Au. dicat exponere  
 do siue se defendat siue non, sed puto quod debet in-  
 telligi secundum ea que dixi in c. interfecisti, quando  
 scilicet fur nocturnus non potest comprehendi sine oc-  
 cisione, et ratio omnium illorum est quia in exce-

## PENITENCIALES

libus singulorum, non solum quantitas, id est, utrum enorme vel mediocre adulterium vel incestus. Et qualitas delicti, id est, occultum vel manifestum, sed etas scientis si sit discretus vel sanguinis sexus vir vel mulier atque conditio delinquentis sunt attendenda, et non solum predicta sed secundum locum et tempus quo delictum committitur unicuique poena debet iudici cum idem excessus magis sit in uno quam in alio puniendus est casus sicut de homicidio voluntario et casuali.

Matricida poeniteat x. annis secundum formam traditam in c. latorum xxx. ij. q. ij. Ita ut per annum integrum ecclesiam non ingrediatur sed ante fores Basiliice stans orans et deprecans deum perseueret qualiter tanto cupiant piaculo. Completo vero anni circulo introeundi in ecclesiam licentiam habeat tantum inter audientiam stet sed non communicet. Completis autem secundum annorum circulis sacre communionis ei gratia concedatur, oblationes vero non offerat, nisi prius aliorum septem annorum curricula expleatur. His autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet nec vinum bibere presumat exceptis diebus festiuis atque dominicis, et a Pascha usque ad Pentecostem. et quodcumque ire voluerit nullo vehiculo deducatur sed pedibus proficiscatur, arma non sumat nisi contra paganos, Jeiunct autem tribus diebus per hebdomadam usque ad vesperam, a propria et legitima coniuge non separetur nec in fornicationis originem corruat, quod ne fiat opramus. Si autem ante annorum trium cursum finis vite illius appinquaerit, corporis et sanguinis domini nostri particeps fiat, sin autem ut

## CANONES

Statuimus, efficiant tum si illius conuersionem ⁊ lacrimarum fontem in omnibus videritis floridis actionib⁹ ⁊ oprimis operibus pullulare humanis circa cum sollicitudo puigil appareat mitiq; in omnibus demonstretur.

Vxoricide vero grauior pena debet imponi, ⁊ hoc non quidem q̄ illud peccatū sit grauius isto, sed quia homines proniores sunt ad occidendum vxores q̄ matres Maius em̄ peccatū est occidere matrem q̄ vxorē vt bona sup̄ iij. sen. dis. xxx vii.

Forma autē p̄nitendi vxoricidē ponit c. admonere p̄. iij. q. ij. Ingrederere monasterium, bñtaliare sub manu abbatis ⁊ multorum fratrum p̄cibus adiutus obserua cuncta simplici animo q̄ tibi fuerint imperata. Si forte ignoscat infinita misericordia dei peccatis tuis ⁊ refrigeret animam tuam priusq̄ cruciaris perpetuis flāmis hoc melius ⁊ leui⁹ tñ esse certissime scias, sin autē publicam p̄nitentiā permanens in domo tua vel in hoc mundo vis agere q̄ peius tibi ⁊ duri⁹ ⁊ graui⁹ esse nō dubites ita vt agere debeas exhortamur vt in omnibus diebus quibus penitere debes, vinum ⁊ omnem siceram non bibas, carnem nūq̄ vllō tempore comedas, preterq̄ in Pascha ⁊ in die Natalis dñi in pane ⁊ aqua ⁊ sale p̄nitentiā age, in ieiunijs ⁊ in vigilijs ⁊ orationibus ⁊ elemosinis omni tempore perseuera, armis nūq̄ cingere, ⁊ in quolibet loco litigare presumas vxorem nūq̄ ducere cōcubinā nūq̄ habere nec adulterium cōmittere audeas In balneo nūq̄ laueris, In conuiuijs letanti⁹

## PENITENTIALES.

um nunq̄ immiscearis, In ecclesia segregatus ab alijs christianis post hostium ⁊ postes humiliter te repone, ingredientium ecclesiam ⁊ egredientium suppliciter orationib⁹ cōmenda te, cōmunionē corporis ⁊ sanguinis dñi cunctis diebus vitę tuę indignum te existimes, in vltimo tamen exitus vitę tuę die si merueris pro viatico si sit qui tribuat tibi tantummō venialiter vt accipias tibi concedimus.

Qui prælbyterū interficit, pœniteat xij. annis, vt c. qui pres. extra de pe. ⁊ re.

Qui pœsbyterum occiderit xij. annorum pœnitentiam ( ppter enormitatem sceleris ) ei scdm canones pœnitentiales imponatur, cōiunctus vsq; ad vltimum tempus vitę suę milicię ⁊ circulo careat (deponitur iste a dignitate sua vt clericus, ne arma vltcrius ferat, vbi de hoc de distin. v. ca. falsas ) ⁊ absq; spe cōiugij maneat.

¶ Item sunt em̄ aliqua crimina quę impediūt matrimonium contrahendō, vt incestus, vbi de hoc, qui cognouit cōsanguineam vxoris suę c. j. raptus sponse alterius, vbi de hoc xx ij. q. ij. c. statuitur.

¶ Item si quis vxorem suam interfecerit xxx ij. q. ij. c. admonere.

¶ Item si quis blasphemauerit filium suum vt seperet ab vxore vbi de hoc xxx. q. sic. de eo qui in matrimoniū accepit monialem scienter xx vij. q. j. c. hī qui ⁊ in casu presenti hęc impediūt m̄rimoniū sed nō dirimunt, Tamē si timetur de incōrinentia ipsorum puta si essent iuuenes daretur licentia contrahendi xxx ij. q. ij. c. In adolescentia impediunt contrahendū ⁊ dirimunt contractum, qui duxit consanguineā ad quartum gradum inclu-

## C A N O N E S

siue vt ostendunt varia capitula de aſſi. ⁊ conſā. si duxit adulteram ⁊ dedit ei fidem vincente marito, vel machinatus est in mortem viri precedētis, vbi de hoc ti. Qui duxit quam poluit per adulterium c. qui haberet, qui duxit filiam spiritualem vel cōmatrem vel in alijs speciebus cognationis spiritualis ex duobus sacramentis bāptismatis ⁊ cōfirmationis cōtractis, vbi de hoc ti. de cognatione spirituali varijs capitulis, qui duxit filiam adoptiuam vel matrem de cognatione legali ⁊c. ¶ Item qui fecit vorum solenne castitatis, de voto ⁊ voti redemptione c. f. quia castitas sola est cui eque bonum vel maius inueniri non potest, Argumētum xxx ij. q. vltima c. vltimo. Et castitas sola est que potens est deo animas presentare vbi de hoc in autentico l. de le nobus ff. sensimus collatione iij. ⁊ que suaderi potest imperari non potest, vbi de hoc xxx ij. q. f. c. Integritas de statu monachorum c. cum ad monasterium.

De pœna vero eius qui monachum occidit, clericum, diaconum vel subdiaconū habetur c. qui occiderit xvij. q. iij. sed de pœnitentia eius qui dominum sui morte machinatur, habet xxij. q. vlt. §. si quis. Si quis laycus iuramentū violādo presumat qd rei ⁊ domino suo iurat ⁊ postea peruerse ⁊ dolose eius regnum tractauerit ⁊ in mortem ipsius aliquo machinamēto insidiatur quia sacrilegium pagit. In Christum dominum manum mittēs anathema sit, nisi per dignam pœnitentiam satisfactionem emendauerit, sicut constitutū a san

20

## PENITENTIALES

cto synodo est, seculum relinquat, arma deponat in monasterium eat, ⁊ pœniteat omnibus diebus vitę suę, veram tñ cõmunione in exitu vitę suę cum eucharistia accipiat. Ep̄s, p̄sbyter, diaconus si hoc crimen p̄miserit, degradetur.

Qui iniuste alium ad mortem accusat, xl diebus in pane ⁊ aqua ieiunet, ⁊ per septem annos pœniteat, ⁊ hoc si accusatus fuerit occisus.

Quero quõ intelligitur littera cum dicit q̄ debet pœnitere in pane ⁊ aqua per 40. dies cum septem annis sequētib, nūquid quolibet die debeat ieiunare in die q̄ non, sed imponitur pœnitentia scđm arbitrium sacerdotis, vt per certas ferias ieiunet sic in qualibet septima ⁊ sunt tres ferię canonicę vez secūda, quarta, sexta feria, vt habetur in c. penul. y. q. iij. ⁊ ibi videas, ⁊ sic intellige omnia iura quę imponunt pœnitentiã certorum annorum.

Si vero membrum tantum perdiderit triēnio tñ pœniteat, vt sic actus extra de act Multauerit, Quę debilitatio contingit quando impeditur exercitium alicui⁹ mēbri, vt p̄pter p̄cussionem non possit libere exercere officium brachij vel pedis ita q̄ contingit debilitatio sine abscissione membri, vide de hoc plura in c. sicut vgeri j. q. j. Bartholdus in l. ij. ff. de publicis iudicijs vbi tangit. Quid si membri mutilatio proprie, contingit em̄ ex abscissione mēbri, vnde mutulare idem est q̄ detruncare, ad hoc facit c. vnicum in clemētis de hōicidio, vbi notat in glo. q̄ ad irregularitatē mutilationem homicidio p̄

## CANONES

parauit. ad idem s. distin. c. aliquantos & c. quis  
poteft & c. qui in aliquo lv. distin. c. Si euange-  
lista & ti. Ne clerici vel monachi mifceant fe ne-  
gocijs secularibus c. clericis & c. fententiã & ti.  
de clericis pugnantib⁹ in duello c. f. in fine & ti.  
de homicidio li. vj. c. his qui, vbi habetur, fi qs  
mandat aliquem verberari licet exprefse inhiba-  
at ne occidatur vllatenus vel mēbro aliquo mu-  
tiletur irregularis efficitur.

Periurus xl. diebus in pane & aqua ieiua-  
net & feptem annis fequentibus pœnite-  
at & femper fit in penitentiã interiori, vt  
in c. quicūq; vi. q. i. caf⁹ ibi eft q̄ infamis  
efficitur qui ſciens peierare preſumit nec  
talis in testimoniũ recipiãt, vt c. infames  
eadem diſtinctione.

Periurum ſcđm Boffredum & Oſtenſem tit. de  
iureiurando dicitur quadrupliciter ſc; falſa iu-  
ratio, & illa poteſt eſſe triplex. Aut quia eſt falſi-  
tas ex parte iurati tantum, vt cum quis iurat  
falſum quod credit eſſe verum. Aut ex parte iu-  
rantis tantum, vt cum quis iurat verum quod  
credit eſſe falſum. Aut ex parte vtriuſq; vt cum  
quis iurat eſſe verum quod eſt falſum & credit eſ-  
ſe falſum, & in his duob⁹ modis vltimis eſt mē-  
daciũ firmatum iuramento, & omnibus trib⁹  
modis eſt peccatum mortale. Secundum eſt iura-  
menti tranſgreſſio, & circa hoc eſt diſtinguendũ  
quia vel eſt tranſgreſſio iuramenti liciti, ſic eſt  
mortale peccatum v. q. i. c. quicūq; vel eſt iura-  
mentum illicitum, & tale poteſt tranſgredi ſine  
peccato, quia non eſt ſeruandum, quia in male

## PENITENTIALES.

promissis, vt dicit regula turis rescinde fidem. Tertium est indiscreta iuratio, et circa hoc etiam est distinguendum. vel sit ex deliberatione, est peccatum mortale et de iureiurando c. si ex litteris si vero iocose et incaute est veniale distin. xxv. §. alias ea. Quartum est mendacium, et tale est semper peccatum mortale, quia iuramenta ad hoc sunt inuenta, vt omnis qui iurat, ad hoc iurat vt quod verum est loquatur. et ideo dominus inter iuramentum et loquellam nostram nullam vult esse distantiam xxij. q. v. c. iuramenti. Et periurium est magis peccatum quam homicidium, eo quod periurium est contra rationis ordinem directe et immediate respicientem deum. Et homicidium est contra rationis ordinem directe et immediate respicientem proximum. Et pro eo quod periurium est contra preceptum prime tabule, homicidium vero est contra preceptum secunde tabule.

Qui compulsus fuerit a domino scienter peierare si liber sit xl. diebus in pane & aqua ieiunet, & hoc secundum glo. potest intelligi continue vel interpellatum, & septem annis sequentibus poeniteat, non tamen in pane & aqua vt glo. dicit, si vero seruus est illius qui ea peierare cogit, tribus quadragesimis & feriis legitimis, secunda, quarta, & sexta, & hoc notatum in c. qui compulsus, §. xx. q. v.

Summa diuisio de iure personarum hic est quod omnes homines aut liberi sunt aut serui. Et libertas quidem est ex quo etiam liberi vocamur. no

## CANONES

totalis facultas eius quod cuique facere libet nisi  
quod vi aut iure prohiberetur. Seruitus autem est con-  
stitutio iuris gentium qua quis dominio alio con-  
tra naturam subicitur, serui autem ex eo appellati  
sunt quia imperatores captiuos vendere iubent  
ac per hoc seruare in vita nec occidere solent qui  
etiam mancipia dicti sunt eo quod ab hostibus capi-  
untur. Serui autem aut nascuntur aut fiunt. Nas-  
cuntur ex ancillis nostris, fiunt autem in re genti-  
um id est ex captiuitate aut iure civili cum homo  
liber maior xx. annis ad pretium participandum  
sele venditari passus est, in seruorum conditioe  
nulla est differentia. In liberis autem differentie mul-  
te sunt, aut enim ingenui, aut libertini sunt. In-  
genuus est is qui statim ut natus est liber siue ex  
duobus ingenuis matrimonio constate editus  
est, siue ex libertis duobus, siue ex altero liberti-  
no et altero ingenuo. Libertini sunt qui ex iusta  
seruitute manumissi sunt, nam missio autem est da-  
tio libertatis. hec instituta sunt de iure personarum.  
Qui peruratur in manu Episcopi vel in cruce  
consecrata, poeniteat tribus annis. Si  
vero in cruce non consecrata, vno anno.  
Qui vero coactus & ignorans iuris igno-  
rantia & postea cognoscit, poeniteat tribus  
quadragesimis in c. Qui ut peierat xx. q.  
v. Qui vero coactus pro vita redimenda  
vel qualibet alia necessitate piurat, quia  
plus corpus quam animam dilexit, tribus qua-  
dragesimis poeniteat, eadem questione & c  
si quis coactus.

## PENITENTIALES.

Qui scienter falsum iurat vel alium iurare cogit, xl. diebus ieiunet in pane & aq̄ & vij. annis sequentib⁹ nunq̄ sit sine penitentia interiori. Alij vero si conscij fuerint, similiter pœniteat ca. si quis peierauerit xx. q. v. Qui mensurat in falsa mēsurā, xxx. dieb⁹ in pane & aqua ieiunet vt in c. vt mensurę extra de empt. & vendi. Pœna vero falsarij litterarum habetur in ca. ad audientiam extra de crimi. fals. casus ibi est q̄ clericus falsans sigillū principis, deponatur, & character ei imprimat̄ & in exilium mittatur.

Secunda pœna, & sic nota q̄ Ecclesia habet penam exilij, cōcordat ca. finale de calumniatoribus supra. Et ex hoc nota q̄ Ep̄us potest clericū compellere ad adiurandā diocesim suā vt nunq̄ amplius eam intret, sed debet exulare. Clericus falsans sigillum principis, deponatur. **Manoz.** Prima pœna falsario principis secularis vel litteris, & intellige de depositione verbali, nam & illa degradatio est, nam si caperetur pro actuali degradatione, relinqueretur iudici seculari & afficeretur pœna mortis, vt in ca. degradatio de pœnis li. vj. sed hic post degradationem remanet sub ecclesia vtz ex impositione aliarum pœnarum. Et ex hoc inferur q̄ appellatione degradationis, quandoq̄ intelligimus de depositione verbali. & character. Secunda pœna est alicuius characteris impressio, vt possint isti clerici inter alios cognosci vt alij magis terreant. Et dicunt

## CANONES

doct. hic z bene q̄ ista p̄na non est regulariter infligenda per ecclesiam, quia periculosa, sed est spirituale in odium malefici z idem sentit glo. si nalis hic. ¶ Notādum etiam q̄ iudex ecclesiasticus non debet p̄nam imponere corporalem ex qua possit verisimiliter sequi p̄na mortis. Et ē rextus notabilis contra aliquos prelatos qui clericos mancipant in durissimo carcere diminuentes ab eo cibum z potum vt in breui tempore cogantur expirare, nam certe tales prelati non euadunt p̄nam irregularitatis. nam vt pene extinguuntur z emittunt animam, licet eī prelati possit moderare diminuerē cibum z potum sicut agentes p̄nitentiā faciunt vt in c. nouim⁹ de verborū significatione, non tamen adeo q̄ inde possit sequi p̄na mortis, z pro hoc bon⁹ rextus in dicto c. nouim⁹. Et vide quod notat Jo. de Lugduno in clementinis c. j. de p̄ni. z remi. Qui frangunt p̄nitentiā solennē siue redeūdo ad priora crimina vel similia, siue redeundo ad negociationem vel militiam secularem quę sibi fuerant interdicta sola intra fidelibus oratione iungant a cōmunionē suspendantur & a catholicorum conuiujs separantur, & debēt p̄nitere x. annis & cōmunicēt in fine vitę c. si qui vero & c. de his qui de p̄ni. dist. v. & xxx ij. q. ij. c. de his vero. Et ratio scđm Archidiaconum quia p̄nitentes solenniter vel publice fiunt quasi religiosę personę z quasi ex voto ad religionem videntur tenē

## PENITENTIALES

ri. & ideo secularia negotia eis interdican<sup>t</sup> & in  
pœnitentiã & post pœnitentiã que sc̄z sine pecca  
to exerceri non possunt, vt habetur disti. l. c. vl-  
timo. preterea ad clericatum omnino admitti nõ  
debet qui h̄m̄oi pœnitentiã egerunt, vt habet  
l. distin. ar si quis ca. in capite.

**C**Duplex est pœnitentia, quedam est solennis  
que fit cum quadam solennitate, vel publica q̄a  
publice fit. Et talis pœnitentiã hoc modo fieri de  
bet q̄ tales homines in capite quadragesimę se  
ante fores ecclesię representare debent ipso sacco  
induti nudis pedibus vultibus in terram demis-  
sis reos se esse ipso habitu & vultu protestantes,  
post hoc in ecclesiam introducantur & cum omni  
clero septẽ pœnitentiales psalmos in terram p̄-  
stratus. Episcopus tum cum lacrimis pro eor̄  
absolutione dicat, tunc surgens ab oratione ma-  
nus eis imponat, aquam benedictam super eos  
spargat, cineres prius mittat, deinde cilicio ca-  
pite eorum cooperiet, & extra ianuas ecclesię per  
ministros expellat. In cœna vero dñi iterum se  
ecclesię limitibus presentet. alia vide li. distin. c.  
in capite. Priuata aut̄ est illa que fit secreto m̄o.

Qui canit missam & non cõmunicat, de-  
bet vno anno pœnitere & interim missas  
non canere nec legere, de con. disti. ij. c.  
relatu, & extra de celeb. missarum c. de  
homine vbi casus ponitur q̄ grauius pec-  
cat qui conficere simulat & non conficit,  
q̄ qui in mortali conficit.

Ex hoc potest conijci q̄ graui⁹ est peccare occul-  
te q̄ manifeste xij. q. ij. c. certe xj. q. iij. c. precia

## CANONES

pue, contra in hoc em̄ periculosius est, quia oc-  
 culte peccans non habet eum qui cogat. Alio  
 aut̄ respectu magis peccat, qui publice peccat q̄  
 occulte, quia prestat alijs exemplum delinquen-  
 di vt in dicto c. precipue, tum quia peccatum su-  
 um tenetur rationibus, ⁊ sic illud intelligitur  
 xxxij. q. iij. c. nemo. ⁊ q. xiiij. q. v. c. pœnali.  
 Taneratius intelligit vt iacet littera quia gra-  
 uius peccat sacerdos criminofus qui simulat ce-  
 lebrare ⁊ non celebrat, q̄ si criminofus celebra-  
 ret, quia in primo casu in plurib⁹ delinquit, deū  
 em̄ offendit ⁊ pximum decipit, in secundo casu  
 solum deum offendit, ⁊ iste est bonus intellectus  
 quia talia remedia nullus debet inuenire quia  
 falsa sunt ex eo q̄ non conficit cum videatur con-  
 ficere, ⁊ ideo grauiora sunt q̄ vera pericula pec-  
 catoris qui conijcit, ⁊ hoc innuit bene littera se-  
 quens vcz in quadam nostra zc. Manoz. aut̄ di-  
 cit per alia verba cōcludēdo premissa q̄ respectu  
 illati magis peccat delinquens palam, sed respe-  
 ctu inferentis consideratur anim⁹, ⁊ ex istis sola-  
 nitur quomodo quidam professus quandam reli-  
 gionem exiuit ordinem ⁊ duxit vxorem, inquisi-  
 tor hereticę prauitatis volebat contra eum pro-  
 cedere vt suspectum de heresi. Queritur nunqd  
 possit ex predictis, dic q̄ aut ille contraxit palā  
 ⁊ presumitur errare in fide ⁊ sic potest procedere  
 contra eū aut clandestine, ⁊ sic non presumitur  
 errare, ⁊ sic non poterit cōtra eum inquisitor p-  
 cedere, quod nota quia facit ad multa.

Præsbyter qui laycum mortuū inuoluit  
 in palla altaris, pœniteat x. annis ⁊ men-  
 sibus sex, sit excōmunicatus. Diaconus

## PENITENTIALES.

vero triennio & sex mensibus vt c. nemo  
per ignorantiam de conse. distinc. prima.  
De Episcopis & sacerdotibus planum est qui in  
duuntur sacris vestibus sui ordinis. In alijs cle  
ricis q̄ posset fieri licet aliquñ obmittat̄ propter  
paupertatem, sed in Episcopis & sacerdotib⁹ nō  
est obmittendum, nam vestes sacerdotales signi  
ficant virtutes & ipsorum bona opera, xl iij. dist.  
c. j. cum quibus p̄e ceteris sunt presentandi do  
mino. Quod ergo dicitur in isto capitulo intelli  
gunt̄ de laycis, vt qui vini eis non possunt vti  
nec mortui vrantur. Argumentum xx iij. q. ij.  
ca. sane, layci tamen mortui alia veste induendi  
sunt scz cilicis in signum p̄cēntētię scz in tali ve  
ste representent insignia p̄cēntētię, cuius em̄ &  
cilicium sunt arma p̄cēntētię, sed si queris an  
homines post diem iudicij sint vestiti, & videtur  
ex hoc q̄ mortui vestiuntur. & quia semper ange  
li apparent vestiti, & Christus in transfigurati  
one vestitus apparet, & contra videt̄ q̄ debeant  
esse nudi quia in eadem forma criminis in qua  
Adam fuit ante peccatum, sed ante peccatū nu  
dus fuit, ergo post diem iudicij nudi erunt homi  
nes, quod credo verum esse, quia tunc nulla de  
formitas erit in corporibus beatorum, quā oport  
teat legi, & hic qui fuerit mortuus in figuram.  
Omnes em̄ sepeliri debent aliqua veste induti  
ad ostendendum q̄ indumento virtutum & bono  
rum operum vestiti: sunt representandi domino  
hęc Hug. Archidiaconus circa hoc capitulum  
Qui sacrilegium cōmittit ecclesiam violā  
do vel charisma vel calicem sacrum mani

## CANONES

**b**º pollutis accipit vel similia sacrilegia cõ-  
 mittit, pœniteat septem annis, primo an-  
 no extra cemiterium quod violauit consi-  
 stat, secundo anno ante fores ecclesie, ter-  
 tio anno in ecclesia, & in hoc trienio car-  
 nes non comedat, vinum nõ bibat nisi in  
 Pascha & in Natali domi non offeret nec  
 cõmunionem sacram accipiat, quarto aut̃  
 anno cõmunicabit & in illo & in quinto  
 & in sexto & in septimo tribº ferijs a car-  
 nibus & vino abstineat ieiunando vt in c  
 de viro nephando xij. q. ij. Comburens  
 aut̃ ecclesiam, xv. annis pœnieat & eam  
 restituat xvij. q. iij. si q̃s, de pœna vero  
 raptoris siue furis rei ecclesiasticæ & de  
 pœna furis & efractoris tam clerici q̃ lay-  
 ci habetur eadem q. s. peccuniæ & s. si  
 quis clericus.

Pro intellectu istius capituli sciendum sacrilegium in generali varijs modis describit̃. vno modo sic. Sacrilegium est sacrę rei violatio siue in se siue in alio. Et hic res sacra appellatur, siue sit res ipsa sacra siue ipsa persona ecclesiastica.

Alio modo describitur sic sacrilegium est publici iuris transgressio. Jus aut̃ publicum vt habetur distin. j. est in sacris c. in sacerdotibº & magistratibº. vnde qui ledit sacerdotes vel res sacras, ab omnibus tanq̃ pro publico crimine potest accusari. Argumentum ij. q. j. c. in primis. Largius tamen quandoq̃ dicitur cõmittere sa-

## PENITENTIALES

sacrilegium qui disputat de iudicio principis, vel cum dies solennis violatur vel cum legibus siue canonibus reuerentia non impenditur. Eodem mittitur autem tribus modis sacrilegium, vel cum sacrum ut calix consecratus de ecclesia vel sacrum de non sacro ut de aliqua domo priuata, vel non sacrum sicut pecunie, de sacro ut de ecclesia auferitur ut infra c. quisquis. Imponitur autem pro sacrilegio quandoque spiritualis poena, ut si committantur in persona ecclesiastica, quia talis excommunicatus est ipso iure infra eodem si quis suadenter, sed si in re ecclesie fit sacrilegium, tunc per trinam admonitionem excommunicandus est, ut infra eodem c. quisquis. Item imponitur etiam poena pecuniaria quandoque minor quandoque maior ut infra eodem c. quisquis 2 c. si quis contumax sed secundum legem durius poena imponitur si. igni pro sacrilegio si. ad legem iuliam. sed si queras cui danda sit poena pecuniaria que debetur pro sacrilegio dicas, quod si persone facta est iniuria ipsi persone prestanda est, ut extra de scientia excommunicationis c. parochianus si rei facta est iniuria tunc ipsi rei prestanda est, ut infra eodem c. si quis in atrio. Si parentes frangunt sponsalia filiorum aut filiarum a communiōe triennio separentur, & similiter filij si in culpa fuerint, si tamen filij secundum promissionem factam contraxerint accusantur utique scilicet quo ad poenam ecclesie non autem quo ad reatum ex quo deriderunt operam in contrarium xxx 1. q. iij si qui parentem. Qui blasphemauerit publice deum vel aliquem sanctorum & maxi

## CANONES

me beatam virginem illi debet Ep̄s h̄ac  
 p̄nitentiam iniūgere scz vt vij. diebus  
 dominicis pre foribus ecclesie in manife-  
 sto dum missa cantatur existat. & vltimo  
 illorum dierum dominicorum pallium &  
 calciamenta deponat & corrigium ligatū  
 circa collum habeat, vt vij. precedentib⁹  
 sextis ferijs in pane & aqua ieiunet, eccle-  
 siam nequaq̄ ingressurus, & quolibet p̄-  
 dictorum dierum tres pauperes vel duos  
 vel saltem vnum reficiat si potest, & si nō  
 potest hec p̄na in aliū cōmutetur, quod  
 si renuerit agere omnia supra dicta inter-  
 dicatur sibi ecclesia, & in morte ecclesia-  
 stica priuetur sepultura. extra de maledi-  
 cis c. statumus, secundū tamen canonē  
 antiquum clericus erat degradand⁹ & la-  
 icus excōmunicandus xx ij. q. i. si quis p̄  
 capillum vt latius in sūma asten̄ explicat.  
 Blasphemia est peccatum mortale maximum si-  
 cut infidelitas, ad quā pertinet cum repugnat  
 charitati diuine, quia derogat bonitati diuine  
 quę est obiectum charitatis, & ideo punitur mor-  
 te vt habetur Leuitici xx. iij. & potest fieri scđm  
 intentionem tantū vel scđm intentionem & affe-  
 ctum si sit in corde est blasphemia cordis, si vero  
 in ore: oris, proprie tamen est in verbis. extenso  
 tñ nomine etiam in factis sicut confessio & nega-  
 tio fidei, cni opponitur blasphemia, proprie sunt

## PENITENTIALES

in verbis. nihilominus tamē accipiuntur in factū  
 vt habemus ad Titum c. j. confitentē se nosse deū  
 factis autē negant. Cuius tres sunt species large  
 accipiendo speciem. Una cum attribuitur Deo  
 quod ei non conuenit, vt dicere Deum peccato-  
 rem asinum vel simile. Secunda cū ab eo remo-  
 uetur quod sibi conuenit, vt dicendo eum inui-  
 stum impium &c. & isti duo modi differūt penes  
 negationem vel affirmat. Tertio cum creature  
 attribuitur qđ deo a p̄priatur vt adoratio que so-  
 li deo conuenit sicut fecerunt ydolatre. & si sit ex  
 coactione peccatur contra patrem cui a p̄priatur  
 potentia, si ex ignorantia vel deceptione contra  
 filium cui a p̄priatur sapientia, si ex certa malicia  
 contra spiritum sanctum: cui a p̄priatur bonitas  
 primis duobus modis remissibile dicitur quia se-  
 cum habet causam anexam diuine misericordie  
 puocatiuā ad remissionē. & sic intelligit̄ Math.  
 xx. omne peccatum & blasphemua remittetur ho-  
 minibus &c. Si autē ex certa malicia irremissibi-  
 le dicitur, capiendo remissibile contrarie q̄a ha-  
 bet contrariam dispositionem ad remissionē nō  
 q̄ nullo modo remitteretur, sed valde difficile est  
 ad remittendum, quia nullam excusationē ha-  
 bet, & sic intelligit̄ illud Math. xij. si quis ali-  
 quid dixerit contra s. sanctum, nec hic nec in fu-  
 turo ei remittetur, & non negatiue idest q̄ nullo  
 modo possit remitti vt peccata demonum & dam-  
 natorum, intelligendo de potentia dei ordinata  
 secus est de potentia absoluta, nec priuatiue q̄ in  
 se non est aprum idest dignum remitti vt quodli-  
 bet peccatum mortale, est autē blasphemis nō tā-  
 tum in viatoribus sed etiam in damnatis vt dicit̄

## CANONES

**Epoca. xvj.** Ante reassumptionem corporis cordis tantum idest intellectus et voluntaris, quia detestantur iusticiam dei eos punientis. Credibile tamen est quod post resurrectionem erit in eis etiam oris blasphemia, sicut erit in sanctis laus vocalis, per temporalem preterea potestatem si dives fuerit xl. solidorum, alioquin xxx. siue xx. et sic ad id non sufficiat v. solidorum vsualis more pena mulctetur, nullam in hoc misericordiam habiturus, et si exigatur a layco applicet iudici seculari, si a clerico: iudici ecclesiastico, et hic habet casum in quo ecclesiasticus iudex et secularis concurrunt ad puniendum idem delictum.

**Præbiter confessionem reuelans, de iure antiquo deponi debet & omnibus diebus vite sue debet ignominiosus peregrinari** ut in c. sacerdos ante omnia de peni. dist. vi.

**In vllō casu licet sacerdoti scdm Rich. Bonam Ostiensem, Scotum, Petrum de Tharā reuella re confessionem siue confitens pœniteat siue non si confiteatur peccatum iam opere perpetratum siue perpetrandum, cuius optimum tenet Raymondus in hoc versu contento est heresis crimē quod nec confessio celat, tamen confessor cum maxima diligentia debet precauere pro posse ne peccatum perpetrandum sibi in confessione detectum opere perpetretur, maxime si est peccatum ordinatum ad corruptionem aliorum in fide, obseruata tamē discretionē et nullo modo prodatur illi qui sibi est confessus, nec aliquam malam suspicionem de illo ageneraretur in cordibus aliorum, etiam si papa precipiat confessori qd dicat illud qd**

## PENITENTIALES.

per confessionem scit, quia sacerdos non r̄m̄ tene-  
tur celare confessionem de precepto ecclesie, sed  
etiam de iure nature & diuino, sup̄ que iura nō  
est papa, etiam sub p̄na excommunicationis la-  
te sententię, quia debet existimare q̄ precipiens  
intendat quid dicat illud si scit vt homo, nec ex-  
cōmunicatōm incurrit quia non est subiect⁹ suo  
sup̄iori nisi vt homo, hoc aut̄ nescit vt homo, sed  
vt deus, etiam si sacerdos haberet peccatū mor-  
tale de quo confiteri non posset nisi confessionem  
sibi factam reuelleret, quia non tenet̄ illud pec-  
catum confiteri, nec debet durante tali casu sed  
sufficit vt de illo conteratur cum proposito confi-  
tendi quando posset hoc facere sine reuellatione  
personę sibi confesse & sine quocūq; preiudicio si-  
gilli confessionis quis fortiori vinculo legat̄ con-  
fessor ad celandum q̄ p̄nitens ad p̄nitendum  
hec &c. Scotus cum eo, immo potest dicere se de  
hoc nihil scire ( vt homo ) & verum dicit etiam  
si in confessione dicit se excommunicatum ( etiam  
pro violenta iniectioe manū in clericum ) vit-  
tare publice eum non debet ne proderetur ipsum  
cum vitratio sit de iure positiuo ecclesie, sed ille  
nō tenetur prodere de lege nature & positiuo do-  
minico & ecclesiastico, nec si per confessionem sci-  
at aliquem dormisse in ecclesia cum muliere nec  
obstat ecclesia q̄ semine poluta est reconcilianda  
quia illud debet intelligi quando est diffamatū  
id est publicum, alias potest p̄sbyter ille salua  
conscientia celebrare in illa. similiter intelligit̄  
de furto damno & alijs similibus peccatis p̄ que  
scit per confessionem immo tenet̄ Rich. & Th. q̄  
noū solum peccata scita per confessionem, sed eti-

## CANONES

am quęcūq; alia quę dicit confitens confessori in confessione sacramentali si confitens hęc intēdebat ⁊ volebat, tenetur celare immo tenetur subire mortem anteq̄ reuellarēt confessionē, quia hoc fuit pro iusta causa vt seruet legem dei de sigillo cōfessionis, ⁊ p̄ cōsequēs si morit̄, martyr ē

Qui in dicendis horis & in alijs diuinis officijs discrepat a consuetudine metropolitane ecclesie, proprie sex mensibus priuetur cōmunionē, si ex contemptu acciderit. vt in c. de his xij. dist.

Episcopus qui sine iusta causa clericū inuitum & reclamantem vel penitus absolute ordinat, vno anno suspēdatur. vt in c. Episcop⁹ qui & c. sequēti lxxx iij. dist. Episcopus qui correctionem de venditione mysteriorum dissimulat, duobus mensibus suspendatur, presbyter iij. diacon⁹ iij. suspendatur, subdiacon⁹ & ceteri ad arbitrium iudicis penitere debent & q̄quid inuisibilis i. q. i.

Sortilegus quadraginta diebus peniteat vt notatur in c. in tabulis extra de for.

Sortilegium est ars diuinādi quę proprie in malo accipitur, prophetia vero in bono j. q. j. Iudices, ⁊ hęc sors illicita est nec credenda nec exercenda xx vi. q. j. ca. sortes, licet sors non sit aliquid mali in sui natura, tamen prohibetur quia propter assiduitatem vtendi labuntur homines in ydolatriam, ⁊ ideo mala est in sui vsu sicut pa

## PENITENTIALES

Hibetur iuramentum ne labatur in periurii, ex-  
 tra de iureiurando c. 7 si Christus. Hoc intelli-  
 gitur scdm antiqua tempora qm non erat fors p-  
 hibita scdm Lauren. 7 Arch. sed hodie mala est  
 ex quo phibetur nec in hoc exemplum sequi de-  
 bemus qd Jonas vel Math. dicatur fuisse elec-  
 tus sorte xxvj. q. ij. c. non statim, qa ista 7 alia  
 permittebantur ante Euangelium quo tempo-  
 re perfecte discipline sunt eliminate xxvj. q. ij. s.  
 is ita, notandum scdm glo. singularem xxvj. q.  
 ij. c. In summa que dicit q quedam sortes sunt  
 licite 7 quedam illicite. Illicite sunt que fiunt p-  
 magicas incantationes idest per inuocationem  
 demonum, siue fiant in codicib? sicut faciunt ple-  
 riq; dicentes versus aliquos psalterij 7 faciunt  
 illud voluere, siue fiant in tabulis, quia faciunt  
 ibi puncta sicut faciunt nigromatici. vel que fi-  
 unt ad exercendas vanitates. vel que fiunt ad in-  
 quirendum aliqua occulta, omnia ista 7 similia  
 phibentur. Licite vero dicunt que fiunt neces-  
 sitatis causa, quando quis submittit se fortune  
 puta habent rem comunem indivisibilem volunt  
 ponere sortem super illa cuius debeat esse, ista no-  
 est prohibita quia de sui natura non est mala nec  
 de ista loquitur textus sed sortilegia illa que fiunt  
 per incantationem intelligit ista pena que im-  
 ponitur per sacerdotem in foro conscientie quia  
 per iudicem in foro contentioso imponitur ma-  
 ior penitentis, potest em Epns tales sacrilegos  
 debonestare vtputa nutriendo vt sit in quibusd  
 locis vel ponendo ad scalam cum vituperio 7 ei-  
 cere eos extra diocesi vt habet xxvj. q. v. c. epi.

Qui videt in astrolabio, duobus anis pe-

## CANONES

nite at vt in c. ex turarum de for.

Ubi habetur talis casus de quodam sacerdote q̄ gratia furti commissi in ecclesia sua videt per astralabium vt resciret furem, suspensus fuit ab officio altaris per vnum annum. Queritur circa hunc textum nunquid p̄ ius canonicum siue ciuile sit prohibita scientia astrologiæ, et nūquid eam exercentes peccent. Jo. And. late prosequit̄ hic et ad primum cōcludit q̄ hęc scientia in se nō est mala nec p̄hibita cum sit vna de septem artibus liberalibus, et iura p̄miant has scientias exercentes l. j. ff. de varijs et extra ordinarijs p̄missionibus et facit textus l. in eorum codice de maleficis et mathematicis, sed abijt hęc scientia in discredendum quia ex eius occasione hōines quandoq̄ incidebant in ydolatriam quia credebant homines necessitatem adesse corporibus celestibus vt dicit Gratianus xxvj. q. ij. ij. §. is ita, ad secundum nunquid exercent̄ peccent, respondet, q̄ si volunt predicere ea que causantur ex corporibus super celestibus vel ecclipsium lune vel solis siue siccitatem vel abundantiam frumenti, non peccant, dūmodo non credant necessitatem inesse, quia deus potest aliter facere q̄ astrā indicent idest ostendāt, et ideo dicit glo. notabilis in c. nō licet xxvj. q. ij. q̄ medici in danda medicina et rustici in seminando et c. non peccant inspiciendo cursum lune vel stellarum dūmodo non credant necessitatē inesse quia ista corpora supercelestia sunt signa rerum et non cause. Idem b̄tus Thomas secunda secūde q. lx. l. vj. ar. v. aut volunt isti astrologi p̄ducere casus fortuitos hominum certitudinaliter hoc asserentes

## PENITENTIALES

z peccant, quia licet corpora supercelestia habeant inclinationem non tamen necessitatem, quia licet inclinetur scdm dispositionem ad aliquod vitium, tamē per rationem liberi arbitrij potest aliud facere, anima em̄ non subijcitur istis corporibus supercelestibus, sed quia pleriq; homines sequuntur vires sensitiuas z appetitus naturales z captiuant liberum arbitrium z rationē intellectus. Et ratio quandoq; astrologi dicuntur verum dicendo q̄ talis dispositus est ad tale vitium, sed si dicunt aliquem inclinatum ad tale vitium vel quia astra inclinant ad tale quid, non tantum imponunt necessitatem, non peccant.

Qui domum suam magicis & incantationibus lustrat vel huiusmodi hōines in domum suam ducit causa exquirendi aliqd ab eis arte magica, quinquennio pœniteat, similiter qui alijs hoc consuluit vt in c. Qui diuinationes & c. nō liceat. xxvi. q. v. Utrum suspendere diuina verba ad collū sit peccatum ad hoc Tho. loco supra allegato q̄ in omnibus adiurationibus vel h̄m̄i scriptis duo videntur cauenda. Primum quid sit quod proferatur vel scribitur, quia si est aliquid ad inuocationem demonum pertinens manifeste superstitiosum z illicitum, similiter cauendū si contingāt nomina ignota ne sub illis aliquid illicitum lateat. Secundo cauendum ne cum verbis sacris cōtingantur ibi aliqua vana puta aliqui characteres inscripti preter signum crucis, aut si spes habeatur in modo scribendi aut legendi aut in q̄cūq; vanitate quę ad diuinam reuerentiam non p-

## CANONES

timeat hoc totum iudicaretur supersticiosum, eodem modo qui portant reliquias sanctorum ad collum, quia si portant ex fiducia dei et sanctorum quorum sunt reliquie est licitum. Si autem circa hoc attenderet aliquid aliud vanum puta quod vas sit triangulare aut aliquid aliud quod non pertinet ad reuerentiam dei et sanctorum, esset superstiosum et illicitum.

De stilla sanguinis altaris cadentis super terram, vel aliquid aliud propter presbyteri negligentiam ob id presbyter poenitere debet xl. diebus, si vero super palla altaris ceciderit, quatuor diebus poeniteat ut in c. si per negligentiam de conse. dist. ij. Quotiescumque sanguis ceciderit extra calicem, fratrum et reuerenter recoligatur discretiori modo quam fieri poterit et in calicem refundatur, si autem recolligi nullatenus possit citro lambam cum lingua vel sorbeatur aut sugatur per sacerdotem ne vel defluat vel imbibatur rei super quam cecidit, nec obstat si nondum sumpsit corpus Christi quia necessitas hoc cogit ut sanguis sumatur ante corpus, ubi vero sacerdos hoc non posset tam celeriter facere vel ubi de hoc graue scandalum timeretur si ipse hoc faceret tunc potest et debet ministrans ad missam si saltem sit dispositus administrare per veram contritionem et propositum confiteri hoc facere, et precipue si celebrans verbo vel signo id iubeat, et si ministrans non sit dispositus poterit et debet hoc alius dispositus facere, etiam si sit laicus necessitate ad hoc cogente, melius est enim id facere quam quod enormis irreuerentia fieret

PENITENTIALES.

sacramento vtruta q̄ canis vel aliud animal in-  
 cipiatur lambere vel desuper mingere aut q̄ pedi-  
 bus conculcetur aut alia h̄mōi irreuerentia ab-  
 hominabilis contingat. Si preterea sanguis ce-  
 ciderit in terram vel super tabulam aut aliquid  
 h̄mōdi post actionem eorum que iam dicta sunt  
 radatur locus quem tetigit ⁊ quod abrasum fue-  
 rit comburatur: ⁊ cinis intra altare vel sacrari-  
 um recondatur. Si aut̄ lintigium altaris vnum  
 vel plura tetigerit, fiat post supra dicta trina lo-  
 tio illius vel illorū cum aqua munda calice su-  
 posito vt in illum aqua ablutionis recipiat que  
 postea sumatur a celebrante vel ministrāte, si ta-  
 men p̄pter nauseam sumi non possit, recondatur  
 super altare vel mittatur in piscinam, sic etiam  
 agendum est si super vestem consecratā sanguis  
 ceciderit, si vero vestem non consecratam tete-  
 rit post trinam ablutionem factā rescindat̄ illa  
 pars vestis ⁊ in altari vel sacrario cū reliquijs  
 reponatur vel comburatur, si sacerdoti hoc ma-  
 gis expediens videatur ⁊ cineres recondant̄ vt  
 supra dictum etiam est vt vestis illa non assumat̄  
 in vsum priorem sed vel vestis consecrāda ex ea  
 fiat vel recondatur aut comburatur vt supra. Si  
 milimodo agendum videtur, si sanguis tete-  
 rit capillos vel barbā sacerdotis figenda em̄ est  
 ablutio vt supra ⁊ abrasio capillozum vel barbe  
 ⁊ postea combustio vt supra. Si aut̄ tetigerit ca-  
 put vel faciem aut aliam partem corporis nudā  
 sufficit q̄ diligenter ⁊ discrete lauentur ⁊ de ab-  
 lutione fiat vt supra. Quid aut̄ agendum si san-  
 guis ex toto effundatur ita q̄ nihil penitus ma-  
 neat in calice quod sumi possit, solutio, si de effu-

## CANONES

Si aliqd recolligi possit vel lambi aut sorberi aut sugi, agendum est vt in solutiōe precedentis dubij tactum est, si aut nullum illorum fieri possit ne sacramentum maneat imperfectum preponendus est calix denuo cum vino ⁊ aqua ⁊ vltcrius procedendum est sicut in casu quo calix post consecrationem corporis vacuus deprehenditur vel mixto liquore preparatus vtputa q̄ solum sit aq̄ tunc dicenda sunt verba consecrationis quę debent fieri super calicem.

Si quis Eucharistiam propter ebrietatem vel voracitatem euomuerit, si laycus, pœniteat xl. diebus, si clericus vel monach⁹ vel præbyter siue diáconus lxx. pœniteat diebus. Si vero Episcopus lx. diebus, si vero causa infirmitatis euomuerit, vii. diebus pœniteat vt in c. si quis per ebrietatem de con. distín. ij.

Quid agendū si quis post assumptionem corporis Christi statim faciat vomitum, solutio, reuerenter recoligantur species panis si discerni possunt ⁊ reponantur in sacrario vel sumantur ab aliquo si saltem assit aliquis ad sumendū disposit⁹ absq̄ nausea ⁊ ea in quibus inuente sunt species comburantur ⁊ cineres in sacrario recondantur.

Quando mus corrodit vel comedit corp⁹ Christi siue sacramenti hostiam, sacerdos xl. diebus pœniteat. Qualem aut pœnitentiam agere debet explicatur in c. qui bene non de con. distín. ij. & Bonauen. sup

## PENITENTIALES.

iii senten. distin. xiiij. latius videatur.  
De mure, si animal illud statim apprehendi possit aperiatuſ eius corpus ⁊ diligenter perquiratur tā in ore q̄ in intestinis si aliquę species inueniri possunt, quę si inueniātur recoligantur ⁊ recondentur in sacrario, corpus vero animalis cōburatur ⁊ cineres similiter recondentur. Qui bene non custodierit sacrificiū ⁊ mus vel aliq̄ animal illud comederit xl. diebus pœniteat. Qui autē perdidit illud in ecclesia aut pars eius ceciderit ⁊ non inuenta fuerit xxx. diebus pœniteat. Quid agendum si hostia cōsecrata per ventum vel aliquo alio modo fuerit amota de altari ⁊ a missa, solutio, fiat diligentissima perquisitio ad inueniendum hostiam, quę si inuenta fuerit reuerenter repōatur ⁊ procedat in missa. si vero inueniri non possit accipiatur noua hostia ⁊ reincipiatur canon ⁊ consecrētur, deinde procedatur more consueto.

Qui domum vel aream voluntarie accendit sublata vel incensa omnia restituat ⁊ tribus annis pœniteat vt notatur in ca. si quis domū extra de iniurijs, q̄ si ex odio vel iniuriā id fecerit excommunicari debet nec absolui donec satisfecerit ⁊ iurauerit q̄ ignem de cetero non imponat, imponatur autē sibi vt Ierosolimā vel in Hispaniam vadat in dei seruitio anno integro ibi moraturus, sed secundū leges qui in ciuitate opera data incendiū fecerit, si sit humilis subiiciatur bestijs, si sit in aliq̄

## CANONES

dignitate decapitetur vel in insulam relegetur l. finali ff. de incendijs secundū Hostiensem aut debet comburi in igne per eum structo.

Quia excessibus singulorum non solum quantitas & qualitas delicti, Sed etas, scientia, sexus atq; conditio delinquentis sunt attendenda, & nō ea solum sedm̄ predicta sed sedm̄ locum & tempus quo delictum s. fuerit perpetratum omniniter unicuique poena debet indici cum idem excessus magis sit in vno q̄ in alio puniendus de homicidio casu, vel volun. sicut dignum.

Qui cōmunionem dederit vel acceperit ab heretico & nescit hoc ab ecclesia prohibitum & postea intelligit, poeniteat vno anno, si vero sciuit poeniteat x. annis vel secundū aliquos vij. vel vt alijs placet quinquennio penitentiā agat. Qui vero hereticum celebrare pmitit missam ī ecclesia catholica per iuris ignorantiam, xl. diebus poeniteat, si vero pro reuerentia eius, per annum poeniteat, sed si pro damnatione ecclesie proiciat ab ecclesia, si impenitens fuerit alioquin x. annis poenitere potest, si vero relicta ecclesia & ad hereticos transierit & alios ad hoc induxerit, poeniteat xij. annis vt notat i c. si qs dederit xxiiij. q. i Patronus qui res ecclesiasticas dilapidauit vno anno poeniteat vt notat c. filij xvi. q. vij

## PENITENTIALES.

32

Et male rapta restituet per annū abstineat a sacramentis ecclesiasticis, si laycus est q̄a vicit reus excomunicacionis anime sententiā sustinebit, si clericus deponetur, p̄ij. q. ij. c. apostolicos & c. sabbatibus.

Qui pacem cum proximo suo non facere iurat, vno anno a cōmunionē corporis & sanguinis Domini sit segregatus reatum suū elemosinis & lachrimis & quantis poterit ieiunijs absoluat vt in c. quæ sacramento li. q. iij.

Qui scienter rebaptisantur vñ. annis pēniteāt & quarta & sexta ferijs & trib⁹ q̄dragesimis ieiunēt, & hoc si fecerint pro heresi introducendo, si aut̄ pro mundicia putauerint, tribus annis similiter pēniteant vt in c. qui bis de conse. dis. iij. & extra de apostatis & rebap. c. ex litterarum de pēna vero talium latius habetur c. eos de conse. distinct. iij.


Vbi habet q̄tales debent pēnitere vsq; ad extremam horam, & si sunt sacerdotes, episcopi &c. debent priuari cōmunionē vsq; ad extremam horam quia in articulo mortis debent p̄municari more laycorum vtz sub vna specie panis.


¶ Tria sunt sacramenta quę iterari non debēt propter impressionem caracteris idest signi spiritualis inanimati s. baptismus: ordo: & cōfirmatio, siue hereticus sit siue scismaticus siue facinorosus quisq; in confessione sanctę Trinitatis

## CANONES

baptisaret, non valet ille qui baptisatus est a bonis catholicis rebaptisari, ne confessio vel invocatio tanti nominis videatur amulari, idest destrui de con. distin. iij. c. siue herenicus.

Quicūq; vxorem adulterā cognoscit ante q̄ peniteat, vt notat̄ ī c. si qs secūdo xxx ij  
 Qui vero cognoscit eā penitentē añ p̄nīā pactā peniteat ij ānis vt ī c. si qs i. eadē q. sed quō mulierī p̄nīa sit iniūgēda partū alteri<sup>o</sup> supponēti, vel etiā de nō suo viro cōcipiēti, habet̄ extra de pe. & re. c. officij. & t̄m de canōib<sup>9</sup> pe. dictū ad p̄sens sufficit.  
 Circa qd̄ nota q̄ nō valēti sine piculo satisficere de delicto, nō est penitētia iniūgenda. Sc̄do nota q̄ p̄pter piculū excuset̄ hęc mulier, sed glo. sequēs sentit̄ aliā solutiōm multū durā vt hęc penitētia nō sit mulier ifructuosa durāte fraude. sed dic meli<sup>9</sup> coligēdo dicta doctor̄ maxīe Innocētij  
 Qui aut̄ nullū piculū in reuelādo veritatē ⁊ verisimile crederet̄ mulieri, ⁊ tūc mulier peccat nō reuelādo ⁊ durāte fraude hęc p̄nīa nō est fructuosa ita intelligit̄ glo. sequēs. aut nō crederet̄ mulieri nec habet̄ p̄batiōes p̄mptas. ⁊ tūc sat̄ est q̄ peniteat absq; eo qd̄ detegat, q̄a ex quo viuet q̄ p̄bare nō posset debet tacere ne pan̄s inducat scādalū q̄ aliq; vtilitatē. Argumētū ij. q. vij. c. plerisq; Aut mulier habet̄ p̄batiōes p̄mptas vel verisimiliter sibi crederet̄, sed subest̄ piculū mort̄ ī mō reuelādo ē piculū reꝝ, sed inreuelādo ē piculū animar̄ ⁊ corpor̄, ideo mulier p̄stituta iter hęc duo mala debet eligere min<sup>9</sup> mālū, ⁊ sic tacere xij. distin. iij. c. verbi.      Finis Anno dñi 1538





Biblioteka Jagiellońska



stdr0034862

Cim.373 Konserwacja papieru  
i oprawa wykonane w Oddziale  
Konserwacji Biblioteki Jagiel-  
lońskiej  
czerwiec - październik 1982 r.



